
AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1981

M. TVLLI CICERONIS

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 21

ORATIONES
CVM SENATVI GRATIAS EGIT
CVM POPVLO GRATIAS EGIT
DE DOMO SVA
DE HARVSPICVM RESPONSIS

EDIDIT

TADEUSZ MASLOWSKI



BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1981

BIBLIOTHECAE TEVBNERIANAE

HVIVS TEMPORIS

REDACTOR: GÜNTHER CHRISTIAN HANSEN

© BSB B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Leipzig, 1981

1. Auflage

VLN 294/375/4/81 • LSV 0886

Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Printed in the German Democratic Republic

Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig — III/18/97

Bestell-Nr. 666 023 1

DDR 39,– M

PRAEFATIO

1

De textus historia quattuor Ciceronis orationum q. i. *cum senatui gratias egit, cum populo gratias egit, de domo sua, de haruspicum responsis* cum universe primum agere nobis placeat, haudquaquam praetermittenda sunt memoriae vestigia quae apud grammaticos, rhetores, scholiastas nec non aliquos antiquos scriptores adservantur. cuius memoriae frustula aut singulis huius editionis orationibus praefixa aut in apparatu testimoniorum exhibita quamvis haud multum ad textum constituendum valeant, digna tamen sunt quae hoc loco commemorentur, propterea quod vel contra ea J. Markland et F. A. Wolf disputantes has quattuor orationes utpote perfecto oratore indignas a Cicerone abiudicaverunt.[1]) contra argumentis et ex veterum scriptorum testimoniis collectis et ex ipsis orationibus sumptis J. M. Gesner, J. A. Savels, G. Lahmeyer, M. Lange, C. Rueck, Th. Zielinski, alii ficta esse ea quae Marklandus et Wolfius intenderint crimina ostenderunt.[2]) cuius controversiae admodum puerilis ne mentionem quidem facerem, nisi his viris d. in utramque partem disputantibus haud paucos orationum locos sanatos deberemus.

Ac paene omnis quidem memoria nostrarum orationum ea codicum familia continetur quae ex optimo eorum libro, cod. Parisino lat. 7794 (**P**), nomen suum ducit. familia igitur quae Parisina nuncupatur hos libros ex uno codice archetypo (**A**) derivatos continet: cod. Parisinum lat. 7794 saec. IX$^{med.}$ (**P**), Bruxellensem 5345, olim Gemblacensem saec. XI$^{in.}$ (**G**), Berolinensem lat. fol. 252, olim Erfurtensem saec. XII$^{in.}$ (**E**), Harleianum 4927 saec. XII$^{ex.}$ (**H**).

1) J. Markland, Remarks ... With a dissertation upon four orations adscribed to M. T. Cicero, London 1745; M. T. Ciceronis quae vulgo feruntur orationes quatuor, ed. F. A. Wolf, Berolini 1801.

2) Gesnerus rem duabus scholis a. 1753 et a. 1754 habitis tractavit. cf. Cicero restitutus, Commentarii Soc. Reg. Gottingensis 3; J. A. Savels, Disputatio de vindicandis M. T. Ciceroni quinque orationibus ..., Coloniae 1828; G. Lahmeyer, Orationis de haruspicum responso habitae origo Tulliana, Gottingae 1850; M. Lange, De Ciceronis altera post red. oratione commentatio, Dresdae 1875; C. Rueck, De M. T. Ciceronis oratione de domo sua ad Pontifices, Monachii 1881; Th. Zielinski, Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Leipzig 1904, 219.

In oratione autem *cum sen. gr. egit* ab illa Parisina alia codicum familia distinguenda est, quam Petrum Wuilleumier secutus siglo **z** designavi cuiusque testes adhuc noti adhibitique sunt hi: adnotationes a secunda manu **E**^{2} in cod. Berolinensem inlatae, cod. Erlangensis 847 a. 1466 (*ε*) eiusque gemellus cod. Vaticanus 1525, olim Palatinus a. 1467 (**V**), correcturae a P. Pithou in marginibus editionis Lambinianae (emissae Argentorati a. 1467) factae, quae ex libro quodam manu scripto (**F**) enotatae sunt. accedit novus testis, excerpta in cod. Parisino lat. 18104 saec. XII–XIII (**X**) servata dico, quem mihi et R. H. Rouse amico ex tenebris in lucem proferre contigit.

His ita constitutis sequitur ut primum de iis quae ad historiam familiae Parisinae pertineant agamus; cui enarrationi codicum descriptionem subiungere nobis visum est. itaque scriptura cod. archetypi (**A**) antiquis temporibus exarati tribus stirpibus ad nos propagata esse videtur.
P primae autem stirpis est **P**, qui, qua est bonitate, omnibus codicibus praestat. **P** codex membranaceus, duabus columnis tricenum senum vel septenum versuum exaratus decem orationes complectitur. foliis 1–3^v *antequam iret in exilium*, fol. 3^v–8 *cum senatui gratias egit*, fol. 8–10^v *cum populo gratias egit*, fol. 11–26 *de domo sua*, fol. 26–44 *pro P. Sestio*, fol. 44–49^v *in P. Vatinium testem*, fol. 49^v–54^v *de provinciis consularibus*, fol. 54–62^v *de haruspicum responsis*, fol. 62^v–69 *pro L. Cornelio Balbo*, fol. 69^v–80 *pro M. Caelio* legitur.[1]) textus **P**^{1} duos correctores passus est, quorum alter **P**^{2}, utpote cuius manus manui ipsius codicis librarii simillima sit, **P**^{1} aequalis videtur, alter **P**^{3} multo est recentior. id etiam exteris rationibus probari potest. scilicet in codice Bernensi 136, qui ex ipso Par. 7794 saec. XII descriptus est, vetustior illa manus **P**^{2} fere exstat, haec recentior non item.

Codicem **P** complures librarios Turonenses medio saec. IX scripsisse[2]) agnovit B. Bischoff. postea haud pauci libri sive mediate sive immediate, ut Madvigii vocabulo utar, ex **P** derivati profluebant. codicis Bernensis 136, in quo omnes codicis **P** orationes leguntur[3]), iam mentio facta est. ex hoc autem apographo primum excerpta quaedam saec. XII exeunte Aureliani facta inter fragmenta ex paganorum Christianorumque scriptis derivata in *Florilegio Angelico* servata exstant[4]); deinde omnes quas continet orationes integras saec. XIV exeunte in librum Parisinum lat. 14749 in usum Nicolai de Clemangiis confectum translatae sunt.[5]) cum

---

1) Cf. Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae 4, Parisiis 1744, 3.

2) Imago codicis **P** depicta invenitur apud É. Chatelain, Paléographie des classiques latins 1, Paris 1884, pl. XXIII.

3) Cf. H. Hagen, Catalogus codicum Bernensium, Berniae 1875, 183.

4) Cf. R. H. Rouse – M. A. Rouse, The Florilegium Angelicum: Its Origin, Content, and Influence, Essays Presented to Richard W. Hunt, ed. J. J. G. Alexander and M. T. Gibson, Oxford 1975, 79 et 96.

5) Cf. A. C. Clark, The Descent of Manuscripts, Oxford 1918, 23, 24.

vero cod. 14749 monasterio Sancti Victoris prope Parisios a Simone de Plumetôt[1]) dono datus esset, continuo Gallici illi codices, quorum merita saepe diuque maioris quam aequum fuit aestimabantur, fluere coeperunt. quo ex grege hi commemorantur[2]), velut cod. Parisinus lat. 6369, Parisinus lat. 7777 in ipso Sancti Victoris monasterio exaratus, Guelferbytanus 205. qui omnes sunt saec. XV.

Ipse autem cod. Par. lat. 7794 (**P**), ut ad eum revertar, usque eo in urbe Turonum remansisse videtur quoad I. Perionius monachus monasterii Cormoeriaceni prope Turones, homo antiquitatis studiosissimus peritissimusque, saec. XVI (nam vixit inter a. 1497/98 – 1557/59) Parisios eum in collegium Montis Acuti adportavit. id ex eo elici potest quod in summo folio 32^{v} haec verba – erasa sane ea, sed tamen legi possunt – inveniuntur: *A frere Joachim Perion estudiant a Montagu a Paris en crestiente.* utrum vero illa signatura O. LX. XXIX, quae in summo fol. 1 in parte sinistra legitur, ad idem collegium Montis Acuti referenda sit necne, nondum cognitum habemus. denique anno fere 1622 cod. Par 7794 (**P**) in Bibliothecam Regiam pervenit, ubi hodie adservatur.

De primae stirpis memoria iam actum esset, nisi alium testem cum ea quodam modo coniunctum, non tamen ex **P** sed ex eius fratre, ut videtur[3]), cod Leidensi Voss. lat. f. 67, saec. IX (**L**), derivatum haberemus. **L**
id autem est *Florilegium Gallicum*, in quo sicut in *Florilegio Angelico* loci ex auctorum Romanorum, patrum ecclesiasticorum mediique aevi scriptorum libris medio saec. XII delecti continentur.[4]) haec excerpta in primis his codicibus tradita sunt: Atrebatensibus 64 (65), saec. XIII, 171 (305), saec. XIV; Berolinensi Diez B. 60, saec. XIII; Escorialensi Q-I-14, saec. XIV; Heidelbergensi Sal. 9. 62, saec. XIII; Parisino (Bibl. de l'Arsenal) 711, saec. XII; Parisinis lat. 7647, saec. XII, 8089, saec. XV, 15172, saec. XIII, 17903, saec. XIII (quem Vincentio Bellovancensi ad *Speculum maius* componendum usui fuisse demonstravit Ullman[5]); Salamantino 2306, saec. XVI; Dertusiensi 80, saec. XIII. exhibet autem floscu-

---

1) De Simonis de Plumetôt bibliotheca videndus G. Ouy, Les manuscrits autographes du chancelier Gerson, Scriptorium 16, 1962, 293 – 297.

2) Cf. A. C. Clark, The Vetus Cluniacensis of Poggio, Anecdota Oxoniensia, Classical Series pt. 10, Oxford 1905, XV – XVI, XVI – XVII, V – VI, ubi his codicibus suum cuique redditur.

3) Cf. R. H. Rouse, Florilegia and Latin Classical Authors in Twelfth- and Thirteenth-Century Orléans, Viator 10, 1979, 137.

4) Cf. A. Gagnér, Florilegium Gallicum, Lund 1936; J. Hamacher, Florilegium Gallicum, Frankfurt 1975, 27 – 38.

5) B. L. Ullman, Tibullus in the Mediaeval Florilegia, CP 23, 1928, 154; idem. The Text Tradition and Authorship of the Laus Pisonis, CP 24, 1929, 109 – 132; idem, Petronius in the Mediaeval Florilegia, CP 25, 1930, 20; idem, Classical Authors in Certain Mediaeval Florilegia, CP 27, 1932, 1 – 42.

los ex novem corporis Parisini orationibus excerptos hoc *Florilegium*, ubi ex nostris insunt haec:[1])

¶ *Bona valetudo ... delectant* (pop. 4). ¶ *In imperita multitudine ... sententiarum commutatio* (dom. 4). ¶ *Etsi optabilius est ... numquam esse violatum* (dom. 86). ¶ *Est quidam modus religionis ... non oportet* (dom. 105). ¶ *Caduca haec sunt ... in carendo patientia* (dom. 146). ¶ *Corporis quidem nostri ... oculos non habueris* (har. resp. 39). ¶ *Nullus alius discordiarum ... ac regnum* (har. resp. 54).

Quod vero de origine horum excerptorum supra dixi, id aegre demonstrari posse moneo, neque ea quae nostrae orationes praebent ad aestimandum sufficiunt. nihil igitur attinet plura de hac anthologia neque hic neque in proximo capite disputare, praesertim cum nihil paene ex ea lucremur, utpote quae foede interpolata sit, nisi quod dom. 146 p. 88, 25 veram lectionem *sed* tribus fere saeculis ante **M** noverat. sed de *Florilegio Gallico* alibi accuratius exponere ego et R. H. Rouse in animo habemus.

GE Secundae stirpis codices primarii sunt cod. Bruxellensis 5345, olim Gemblacensis (**G**) et Berolinensis lat. fol. 252, olim Erfurtensis (**E**). in utroque libro praeter primas manus $\mathbf{G}^1\mathbf{E}^1$ conspicuae sunt manus correctrices $\mathbf{G}^2\mathbf{E}^2$, quarum altera $\mathbf{G}^2$ paulo recentior, altera $\mathbf{E}^2$ ipsius codicis paene aequalis videtur.

G **G** codex membranaceus, tricenum ternum versuum columnis scriptus, omnes secundae stirpis libros manu scriptos facile aetate superat, utpote qui ante medium saec. XI opera Olberti, abbatis monasterii Gemblacensis, qui id temporis codices ad huius monasterii bibliothecam instruendam conquirebat, confectus esse videatur.[2]) continet autem hic liber cum decem corporis Parisini tum alias Ciceronis orationes.[3]) nostrae insunt fol. 4^v-10^v *cum senatui gratias egit*, fol. 10^v-14 *cum populo gratias egit*, fol. 26^v-46 *in Clodium* (i. e. *de domo sua*), fol. 106^v-116^v *pro responsis aruspicum.*

E Codici **G** tamquam eius frater proximus stat **E**[4]), codex membranaceus, binis columnis quadragenum septenum versuum scriptus. hunc librum opera Wibaldi, abbatis monasterii Stabulensis (1130–1158) et Corbeiensis (1146–1158), qui omnia Ciceronis opera in unum volumen redigi

1) Qui tamen desunt in codd. Atrebat. 64 (65), Berolin. Diez B. 60, Par. 15172.

2) A. Boutemy, Un grand abbé du XIe siècle: Olbert de Gembloux, Annales de la société archéologique de Namur 41, 1934, 43–85; idem, Un manuscrit de Gembloux retrouvé parmi les codices Tornacenses de la Bibliothèque Nationale de Paris (lat. 5795), Mélanges Felix Rousseau, Bruxelles 1958, 110–120.

3) Cf. P. Thomas, Catalogue des manuscrits de classiques latins de la Bibliothèque Royale de Bruxelles, Gand 1896, 21–22.

4) P. Lehmann, Erforschung des Mittelalters 5, Stuttgart 1962, 131 (repetitum ex Abhandlungen der Bayerischen Akademie der Wissenschaften, Philos.-philol. u. hist. Klasse 30, Band 5, München 1919, 35).

voluit, ante medium saec. XII exaratum veri simile. nempe origo Corbeiensis imaginibus SS. Viti, Stephani, Iustini, patronorum huius monasterii, in eo exhibitis firmatur. varietas autem et mira confusio librorum Ciceronis quos continet testimonium praebet eum non ex uno aliquo fonte repetitum esse. fieri igitur potest, id quod ex cognatione quae inter **G** et **E** intercedit Rousio probabile videtur, ut, quamquam ipse **E** liber Corbeiae in Germania confectus est, textus **E** orationum corporis Parisini Stabulo arcessitus sit.

Nescio vero an usque ad saec. XVI constiterit hic liber foliis 298, quorum 203 ad nos pervenerunt. quod inter damna nunc numerantur orationis *cum pop. gr. egit* pleraque et tota oratio *de domo sua* habita dolendum. quamquam primitus et haec et ceterae familiae Parisinae orationes in **E** exstiterunt. quae autem de nostris hodie legi possunt his foliis continentur: fol. 99^v-102^v *cum de reditu suo senatui gratias egit*, fol. 102^v *cum de reditu suo populo Romano gratias egit* usque ad 6 p. 24, 18 *Romanum*, fol. 106^v-112 *de haruspicum responsis*. adde quod iam saec. XV memoria codicis **E** in catalogo bibliothecae universitatis Erfurtensis servabatur, unde saec. XIX Berolinum asportatus est.

Apparet igitur ubi **E** desit a recentioribus auxilium nobis petendum, ut codicis **G** testimonium quam maxime stabiliri confirmarique possit. cuius rei ratione habita in oratione *cum pop. gr. egit* codicibus saeculi XV, Erlangensi 847 (**ε**) eiusque gemello Vaticano 1525, olim Palatino (**V**) nec non in oratione *de domo sua* habita, quam **ε** non habet, praeter **V** etiam codice Mediceo Laurentiano plut. XLVIII 8 (**M**) aliquo cum fructu usi sunt priores editores. ad quos codices adicio librum Trecensem 552 saec. XIV (**T**), cuius testimonii in oratione *cum pop. gr. egit* rationem habui. **TεVM**

T codex miscellaneus[1]) a me et R. H. Rouse diligenter excussus cum alia Ciceronis opera tum duas familiae Parisinae orationes licet non integras complectitur. insunt fol. $333-334^v$ *cum populo gratias egit* usque ad 23 p. 31, 9 *etiam*, fol. $336-336^v$ *cum senatui gratias egit* usque ad 7 p. 5, 22 *recesserunt*. qua in parte hae orationes exstant, ea binis columnis quadrigenum quinum versuum saec. XIV in Italia est scripta. post ultima utriusque orationis verba spatium vacuum satis amplum relictum est, unde efficitur non cum textu mutilato rem nobis esse sed qualibet de causa librarium officium scribendi deseruisse, ut rem fortasse alio tempore conficere posset. opera Ciceronis in codice **T** exhibita cura F. Petrarcae collecta esse videntur, cuius adnotationes per totum paene librum in marginibus adscriptae sunt. tantum nostrae orationes nec non libri *de amicitia* et *de senectute* adnotationibus carent. id autem ei deberi **T**

---

1) Cf. Cat. gén. des mss. des bibl. publ. des départm. 2, Paris 1855, 238–240; P. De Nolhac, Pétrarque et l'humanisme 1, Paris 1907, 226–246.

videtur quod Petrarca et familiae Parisinae orationes et dialogos *de amicitia* et *de senectute* ex cod. Harleiano 4927 (**H**) a se in Italiam adportato notos habuit iisque ibi operam navabat (v. infra **H**).

Non nihil pretii ad traditionem recte aestimandam reliqui quoque huius stirpis recentiores habent. sed de ε**V**, quorum testimonium maioris est momenti in oratione *cum sen. gr. egit*, hic haec adnotare satis habeo:
ε**V** in ε inest fol. 251–253^{v} *cum populo gratias egit* (inscr. deest); in **V** inest fol. 254–255^{v} *cum de reditu suo populo Romano gratias egit*, fol. 256–267^{v} *in Clodium* (i. e. *de domo sua*).

M Denique **M** codex membranaceus tricenum quaternum versuum columnis scriptus et alias et omnes corporis Parisini orationes continet.[1]) inest autem fol. 27–45^{v} *pro domo sua ad Pontifices*, quam orationem unam contuli. in fine codicis nomen possessoris legitur: *Liber Petri de Medicis Cos. fil.*

H Tertiae stirpis est codex Harleianus 4927 (**H**) membranaceus, saec. XII exeunte, binis columnis versuum tricenum ternum in Gallia scriptus, cuius paginae ita decoratae inlustrataeque sunt ut eum ex officina quadam secundum Ligerem flumen, fortasse ex ipsa urbe Turonum originem duxisse probabiliter statuatur. paulo post textum **H**^{1} confectum a correctore **H**^{2} emendatus, qui non solum singula verba vel correxit vel addidit sed non numquam uno vel altero versu eraso emendatiora intulisse videtur. continet autem praeter alia Ciceronis opera omnes corporis Parisini orationes[2]); nostrae insunt fol. 24^{v}–29^{v} *M. Tullius gratias agit senatui*, fol. 29^{v}–31^{v} *Cicero gratias agit populo*, fol. 31^{v}–50 *Marcus Tulius Cicero pro domo sua agit ad Pontifices*, fol. 74^{v}–83^{v} *de responsis aruspicum*. margines porro cod. **H** cum per totum librum tum per nostras orationes adnotationibus aspersi sunt quibus aut qua de re in ea parte orationis ad quam spectant agatur aut quid de ea re ipse explanator sentiat aut similia enarrantur. quae adnotationes sunt hae:

fol. 25 (ad *sen.* 5) *Magna laus Pompei*; fol. 30^{v} (ad *pop.* 16) *Laus Pompei*; fol. 31^{v} (ad *pop.* 22) *Quare homo plus tenetur ad remunerationem benefitiorum quam ad vindictam male meritorum*; fol. 35^{v} (ad *dom.* 27) *Magna amicitia inter Ciceronem et Pompeium*; fol. 40^{v} (ad *dom.* 72) *quasi sit vere exul*; fol. 42^{v} (ad *dom.* 89) *Ex quibus hominibus consistat populus*; fol. 43 (ad *dom.* 93) *Nota quomodo liceat se laudare ad sui defensionem*; fol. 49^{v} (ad *dom.* 144) *pulcra deprecatio*; fol. 77 (ad *har. resp.* 19) *Contra eos qui dicunt omnia a casu evenire*; ib. *Nota quod religione et pietate Romani alias nationes vicerunt*; fol. 80 (ad *har. resp.* 39) *Nota non esse maiorem penam furore ac dementia*; fol. 82^{v} (ad *har. resp.* 54) *Qui sit discordiarum exitus inter potentes viros*; fol. 83 (ad *har. resp.* 57) *Pulcra detestatio P. Clodii.*

---

1) A. M. Bandinius, Catalogus codicum latinorum Bibliothecae Mediceae Laurentianae 2, Florentiae 1775, 434–435.

2) Cf. A Catalogue of the Harleian Manuscripts in the British Museum 3, London 1808, 221–222; E. Pellegrin – G. Billanovich, Un manuscrit de Cicéron annoté par Pétrarque au British Museum, Scriptorium 8, 1954, 115.

Quas adnotationes cum E. Pellegrin et G. Billanovich[1]) cum precibus quibusdam a Petrarca a. 1335 et 1338 in cod. Parisino lat. 2201 nec non a. 1337 in cod. Parisino lat. 1994 perscriptis contulissent, eas ab eadem manu profectas cognoverunt. itaque vix dubitari potest quin ipse Petrarca cod. Harleianum 4927 ante medium saec. XIV nanctus sit. qui liber cum in Italia in manibus viri codicum manu scriptorum studiosissimi exstiterit, non mirum si multos libros progenuit, ex quibus alios, codices Escorialenses R–I–12, saec. XIV$^{ex.}$, R–I–15, saec. XIV$^{ex.}$, T–II–4, saec. XIV$^{ex.}$, T–III–22, saec. XV, V–III–23, saec. XIV/XV dico[2]), nuper in usum orationis *cum sen. gr. egit* excussit I. Guillen[3]), alios, velut cod. S. Marci 255, saec. XV, Oxoniensem Canonicianum 226, saec. XV, Parisinum lat. 7779, a. 1459, Monacensem 15734, saec. XV, iam pridem in editione sua adhibuit G. Peterson. qui vir recte monuit codicem **H**, cuius vestigia non solum in libris recentioribus sed etiam in editionibus priscis, inde ab ed. Romana a. 1471 usque ad Ascensianam a. 1531 et Hervagianam a. 1534, deprehenderentur, praecipuum textus quem vocant vulgati fontem fuisse.[4])

Haec habui quae dicerem quo modo memoria archetypi (**A**) a familiae Parisinae testibus **PGEH** eorumque adseclis transcribendo propagata esset. ex quibus apparet, id quod haud parvi momenti est, codices **PH** et **GE** etiam regionibus ex quibus originem ducere videantur artius inter se coniunctos esse. quod certe de **PH** dici potest, etiamsi ad ipsam Turonum urbem non redirent, et **GE** quidem, quorum alter Gemblacensem, alter Stabulensem originem confitetur, satis modicum spatium inter se distabant.

Praeter Parisinam orationi *cum sen. gr. egit*, ut supra dixi, quam **E**^{2}**εV** maxime est adhibenda familia z, quae me quidem iudice alteram eius recensionem servavit. cuius familiae vestigia primum in cod. Berolinensi fol. 252 (**E**) inveniuntur, qui cum alio quodam libro manu scripto a correctore **E**^{2} comparatus satis magnum numerum lectionum variarum plerumque supra lineas scriptarum praebet. ad eundem fontem per hanc saltem orationem ultimo gradu redeunt cod. Erlangensis 847 (**ε**)[5]) et Vaticanus 1525, olim Palatinus (**V**)[6]), de quibus nunc plura adferre libet.

---

1) Pellegrin – Billanovich, 116.

2) Cf. G. Antolín, Catálogo de los Códices Latinos de la Real Biblioteca de El Escorial 3 et 4, Madrid 1913 et 1916, 454, 458 et 123, 154, 200.

3) M. T. Ciceronis Oratio cum senatui gratias egit, ed. I. Guillen, Florentiae 1967, 28.

4) M. T. Ciceronis Orationes: Cum sen. gr. egit, Cum pop. gr. egit, De domo sua, De har. resp., al., ed. G. Peterson, Oxonii 1911, X–XII.

5) Cf. H. Fischer, Katalog der Handschriften der Universitätsbibliothek Erlangen 2, Erlangen 1936, 322–324.

6) Cf. K. Halm, Über die Handschriften des Ciceros in der ehemaligen Heidelberger, jetzt Vatikanischen Bibliothek, Neue Jahrb. Suppl. 15, 1849, 165–178, in primis pp. 165–171; idem, Zur Handschriftenkunde der Ciceronischen Schriften, München 1850, 17.

ε *ε* liber chartaceus quadragenum senum versuum columnis a duobus viris Heidelbergae a. 1466 confectus est, quorum alter in subscriptione dialogi *de officiis* in fol. 35 haec adnotavit: *Scripti* (sc. *libri*) *per me Bernhardum Groschedel de Remingen anno* (*14*)*66*, alter in fine codicis in fol. 295 haec: *Comparatus est hic presens liber per fratrem Conradum Haunolt in studio heydelbergensi . . . anno LXVI°*. complectitur praeter varias Ciceronis orationes potissimum opera philosophica. corporis vero Parisini praeter orationem *cum pop. gr. egit* insunt fol. 242ᵛ–246 *pridie cum a Romanis in exilium missus fuerat*, fol. 246–250 *cum senatui gratias egit* (inscr. deest).

Per eas orationes quas communes cum *ε* habet tamquam alter idem
V est **V**, qui alioquin vel maiorem quam ille operum Ciceronis collectionem praebet. codex chartaceus duobus columnis fere quinquagenum octonum versuum a. 1467 item Heidelbergae scriptus. praeter ceteras corporis Parisini orationes inest fol. 235–238ᵛ *in senatu post reditu*.

F De codice **F**, quo P. Pithou (1539–1596) usus lectiones quasdam selectas in marginibus editionis Lambinianae anno 1467 Argentorati emissae apposuit, paene nihil certi dici potest nisi quod adscitis librorum *ε***VF** consonantiis et discrepantiis communibus eum exemplaris *ε***V** simillimum fuisse manifeste apparet.

Hi igitur sunt qui adhuc praesto editoribus fuerunt testes familiae **z**,
X ad quos nunc accedit cod. Parisinus lat. 18104 (**X**).[1] constat is quidem ex tribus libris in unum volumen coactis, quorum tertius (fol. 136–227) est florilegium sive potius commentarius qui inde a fol. 160 usque ad 195ᵛ fragmenta ex scriptorum Romanorum libris derivata exhibet. qui loci ita comparati sunt ut verba exscripta adnotationis tantum adscribendae causa ponantur. manus vero quae eadem est per totum librum saec. XII–XIII tribui potest. quod autem ad originem **X** attinet, nescio an Autrici scriptus sit, quo cum alia tum duae litterae initiales spectant, quae quamvis rudes ita exornatae sunt ut Autricensis scribendi rationis indicia prae se ferant, i. e. [illegible].

Excerpta ex nostra oratione q. i. *M. T. Cicero in senatum post reditum contra Lucium Pisonem* (perperam hoc accepit excerptor) insunt fol. 194ʳ⁻ᵛ hoc ordine: § 13 p. 8, 5 *ubi* . . . 6 *cessavit*; § 14 p. 8, 15 *idem* . . . 17 *voluptatibus*; § 16 p. 9, 16 *non te* . . . 21 *foedere adities*; § 10 p. 6, 17 *sed fuerunt* . . . 22 *reposcebat* et p. 6, 27 *quorum* . . . *fefellit*; § 11 p. 6, 27 *quis* . . . p. 7, 4 *sustentavit*; § 27 p. 14, 18 *quo die* . . . 21 *comprobarent*.

Horum omnium ratione habita persuasum mihi est duos quasi rivulos memoriae orationis *cum sen. gr. egit* ex antiquis temporibus ad nos deductos esse per codices duos, i. e. per (A) et archetypum familiae z. uterque

---

1) T. Maslowski – R. H. Rouse, Twelfth-Century Extracts from Cicero's Pro Archia and Pro Cluentio in Paris B. N. MS lat. 18104, Italia Medioevale e Umanistica 22, 1979, 97–122.

codex non solum sua vitia sed etiam quandam recensionem exhibuit, i. e. quibusdam locis varias lectiones quae aetate Romana legentibus notae fuerint, atque suam inscriptionem. quae sententia per se spectata nullam dubitationem movere debet.[1]) ceterum non infitias eo olim unam editionem exstitisse ad quam utraque familia ultimo gradu redierit. sed ut hodie se res habent, duo archetypa in hac oratione sumenda mihi videntur, quorum ex uno **PGEH**, altero **XE²εVF** profluxerint. sed haec hactenus; restat ut quo modo codices inter se cohaereant quantique a viris d. aestimati sint exemplis inlustremus.

2

Codices **PGEH** ex uno fonte (**A**) fluxisse multis atque communibus erroribus facile demonstrari potest. quod vero P. Wuilleumier statuit[2]) in oratione *cum sen. gr. egit* **E²εVF**, ad quos nunc accedit **X**, ad eundem librum (**A**) redire, id mihi videtur vix stare posse. considera enim mihi cum multos alios tum hos locos ubi verum praebet familia **z**, i. e. **XE²εVF**, falsum familia Parisina, i. e. **PGEH**: (**A**)

sen. 3 p. 4, 8 *facta non est* **εVF** : *non est* **P¹GEH¹** : *non est permissa* **H²P³**, 11 p. 7, 1 *omnium* **XE²εV** : *omnes* **PGE¹H**, ib. 6 *quo* **E²εV** : *qui* **PGE¹H**, 12 p. 7, 22 *lamiam* **E²εV** : *iam* **PGE¹H**, ib. 24 *ex* **εV** : om. **PGEH**, 14 p. 8, 16 *ianua* **XE²εV** : *inaua* **PGE¹H**, 16 p. 9, 19 *tu* **XεVF** : om. **PGEH**, 17 p. 10, 5 *comitiis tuis* **E²εVF** : *comitiis* **PGE¹H**, 24 p. 13, 4 *omnis ex* **εVF** : om. **PGEH**, 30 p. 16, 1 *hominibus* **E²εV** : *honoribus* **PE¹HG²** : ? **G¹**, 36 p. 18, 5 *duorum* **E²εVF** : *divinorum* **PGE¹H**.

In ceteris igitur orationibus cum familia **z** desit, fundamentum recensionis solus (**A**) praebet, cuius aliquot errores nunc exhibere libet, velut

pop. 4 p. 23, 11 *habeat* Lb. : *habet* **PGEHεV**, 5 p. 23, 26 *eam* ς : *iam* **PGEHεV**.
dom. 22 p. 43, 9 *tibi quod* Lb. : *tibi quod idem in posterum* **PGHM**, 23 p. 43, 20 *visceribus aerari* Mdv. : *vi c(a)esaris rebus actis* **PGHVM**, 52 p. 54, 17 *dedi* edd. : *dedisses* **PGHMV**, 77 p. 63, 1 *sui potestatem* Mo. : *impietatem* **PGHMV**, 79 p. 63, 21 *an* Lb. : *hanc* **PGHMV**, 92 p. 68, 4 *res publica venisset* Ha. : *res pervenisset* **PGHMV**, 112 p. 75, 13 *a L. Pisone* edd. : *alpis se* **PGHMV**, 137 p. 85, 8. 9 *visceribus* ⟨*eius*⟩ *qui* Jeep : *hisce rebus ut in* **PGHMV**.
har. resp. 18 p. 98, 3 *sed* ... 5 *commotum* post 16 p. 97, 17 *videatur* transp. **PGEH**.

Itaque his aliisque locis cum (**A**) in errorem inciderit, emendatione opus est.

Plura de codice (**A**) ex quibusdam codicum superstitum scripturis cum ipse cognovi, tum A. Klotz me docuit.[3]) ac primum quidem haud raro **PGEH** corruptelas ex maiusculo scribendi genere ortas quae sine dubio ad (**A**) redeunt exhibent, velut

1) Cf. H. Emonds, Zweite Auflage im Altertum, Leipzig 1941; G. Pasquali, Storia della tradizione e critica del testo, Firenze 1952², 397–465; M. D. Reeve, Author's Variants in Longus? Proc. Camb. Philol. Soc. 15, 1969, 75, adn. 1; S. Timpanaro, Maia 22, 1970, 351–359.

2) Cicéron, Discours 13: Au sénat, Au peuple, Sur sa maison, ed. P. Wuilleumier, Collection Budé, Paris 1952, 29.

3) Ciceronis Scripta quae manserunt omnia 7, ed. A. Klotz, Lipsiae 1919, XXXV.

A = N = M: sen. 4 p. 4, 12 *annus*] *minus* **PG**, 14 p. 8, 16 *ianua*] *inaua* **PGE^{1}H**, 24 p. 13, 2 *ter omnino*] *teromanino* **PG**, dom. 8 p. 38, 4 *aliis*] *meis* **G**, 10 p. 38, 27 *causa maior*] *causam mor* **P^1**, 49 p. 53, 10 *etiam*] *etima* **P^{1}G**, 107 p. 73, 24 *sua*] *sum* **P^1**. har. resp. 4 p. 92, 21 *tam immanem*] *tamiammanem* **P^1**.
B = R: dom. 15 p. 41, 9 *dictitarant*] *dictitabant* **H** : *dictabant* **PGMV**.
C = G: sen. 4 p. 4, 21 *cessissem*] *gessissem* **P^{1}GE^1**. pop. 7 p. 24, 25 *lugubres*] *lucubres* **P**. dom. 25 p. 44, 26 *spurcatissimo*] *spurgatissimo* **P**, 56 p. 55, 26 *cessi*] *gessi* **PGHMV**, 89 p. 67, 12 *plaguleios*] *placuleios* **GMV**, 111 p. 75, 9 *cogitarat*] *gogitarat* **P^1**. har. resp. 26 p. 102, 3 *spartaci*] *spartagi* **GHE^2** : *partagi* **E^1**.
E = F: sen. 21 p. 11, 22 *fadius*] *eadius* **E** : *adius* **G**. dom. 18 p. 41, 32 *fame*] *ea me* **P** : *eam* **GHMV**.
E = I: sen. 25 p. 13, 9 *veniret*] *veneret* **P^1**. pop. 5 p. 23, 26 *eam*] *iam* **PGEHTεV**. dom. 3 p. 36, 12 *me*] *mi* **P^1**, 6 p. 37, 7 *amissis*] *amisses* **P^1**, 40 p. 50, 2 *egisset*] *egesset* **P^1**, 49 p. 53, 9 *tui*] *tue* **P^1**, 98 p. 69, 31 *perpeti*] *perpiti* **P^1**. har. resp. 30 p. 103, 23 *quinto*] *quento* **P^1**.
E = L: dom. 101 p. 71, 7 *maeli*] *malii* **P^1** : *mallii* **P^{2}GH**, ib. 9 *maelio*] *mallio* **H**.
E = T: dom. 57 p. 55, 31 *utrum*] *uerum* **P**.
I = F: dom. 87 p. 66, 19 *interfectis*] *interiectis* **PH**.
I = L: dom. 7 p. 37, 14 *te iam*] *tela* **GMV**, 12 p. 39, 16 *ulcere*] *uicere* **P^1**, 76 p. 62, 17 *fieri*] *fleri* **PGV**, 85 p. 65, 27 *eiectum*] *electum* **PG^{1}HV**, 112 p. 75, 19 *victrix*] *ultrix* **PGHMV**, 134 p. 83, 15 *delectum*] *deiectum* **PGHMV**. har. resp. 31 p. 104, 8 *postilio*] *postillo* **P^{2}GE**.
I = T: dom. 20 p. 42, 21 *maioribus*] *matribus* **P^1**, 37 p. 49, 1 *iam*] *tam* **P**, 83 p. 65, 8 *eique*] *etque* **P^1**. har. resp. 38 p. 106, 21 (cf. 52 p. 113, 7) *conivente*s] *contuentes* (*-is* **H**) **PGEH**.
L = T: pop. 8 p. 25, 7 *tectis*] *lectis* **PGTεV**. dom. 121 p. 78, 19 *ambulationis*] *ambutationis* **PG^{1}V**.
P = T: pop. 10 p. 25, 22 *motus*] *opus* **P**. dom. 96 p. 69, 8 *potius*] *totius* **P**, 140 p. 86, 20 *totiusque*] *potiusque* **G**.

Itaque (**A**) maiusculis litteris exaratum esse vix negari potest.

Deinde[1]) saepe potissimum a **P^1** viginti fere litterae nulla exteriore causa omittuntur aut aliae textus turbae deprehenduntur quae ad eundem ambitum spectent, velut pop. 9 p. 25, 12 *auctores hortatoresque* om. **GTεV**. dom. 17 p. 41, 27 *meo consilio auctorita-* om. **P^1**, 132 p. 82, 23.24 *tamen instituto ceterorum* om. **P^1**. har. resp. 26 p. 102, 1.2 *istius modi patruus is* om. **P^1**, 36 p. 105, 26 *periurium et te ipsum in-* bis **PGE**. quae si omnia ex (**A**) originem trahunt, versus archetypi viginti litterarum fuisse probabile.

Quam dubia tamen sit huius modi quaestio ex iis intellegi potest quae de paginarum cod. (**A**) forma specieque protulerunt A. Klotz et A. C. Clark. hic[2]) quidem singulas paginas binis columnis versuum fere tricenum scriptas in eo dispexit, ille[3]) vero easdem paginas versuum fere duodevicenum fuisse putavit. quo, ut exemplum ponam, factum est ut textus ille har. resp. 17 p. 97, 17 *quamquam* . . . p. 98, 2 *admoneri* a **PGEH** praeter-

1) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XI–XIV.
2) Cf. Clark, The Descent of Manuscripts, 269–271.
3) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXXV.

missus Klotzio[1]) duas columnas septenum denum versuum, quas, nisi fallor, in adversis paginis stare voluit, praebuisset, Clarkio singulam versuum fere tricenum. neglectis igitur utriusque argumentis rem dubiam in medio relinquere mihi visum est.

Accedit alterum: inter (**A**) et codices superstites traditionem insularem intervenisse satis veri simile. quod tamen non ita accipiendum ut A. Guaglianone[2]) Klotzium[3]) secutus nuper posuit, ex libro (**A**) unum insulare exemplum esse deductum ex quo postea omnes familiae Parisinae codices fluerent. id enim eo facile redarguitur quod **PGEH** in erroribus ex maiusculo scribendi genere ortis plerumque non consentiunt (v. supra). ceterum vestigia antecedentis scripturae insularis admodum tenuia in **PH** deprehenduntur, quod ex his litterarum permutationibus quae mihi aliquid ponderis habere videntur colligi potest.

r = n: sen. 10 p. 6, 24 *deseruerunt*] *desinuerunt* **E**^{1}. pop. 13 p. 27, 4 *sancirentur*] *sarcirentur* **P**^{2}**GHT**ε**V**, 22 p. 30, 21 *quirites*] *quin* **P** : *quam* **GT**ε**V**. har. resp. 35 p. 105, 11 *platorem*] *platonem* **GEH**.
r = s: dom. 24 p. 44, 16 *navigares*] *navigasses* **H**, 49 p. 53, 14 *properti*] *pro pesti* **GV**, 54 p. 55, 7 *comportabas*] *compostabas* **P**^{1}. har. resp. 3 p. 92, 7 *funditus*] *funditur* **E**.

Utut hoc se habet, tres stirpes ortas esse ex (**A**) supra monuimus. eum fidelissime omnium repraesentat **P** qui primae stirpis agmen ducit, neque **P**^{1}
id Madvigium fugiebat cuius in notitiam primum prodiit.[4]) cum tamen ipse viro d. praesto non fuerit cumque collatione ab N. B. Krarup neglegenter facta usus sit[5]), haud mirum si certum iudicium de eo proferre non potuit. quod vero **P**^{1} a correctore **P**^{2} emendatus est, id vereor ne vir d. ne suspicatus quidem sit. licet enim et ratione temporis et textus bonitate, de qua quaevis pagina clamat, **P**^{1} omnibus praestet, tamen haudquaquam ipse vitiis immunem se praebet. quo in numero nihili paene faciendae utpote perrarae quaedam coniecturae, velut sen. 9 p. 6, 10 *cinnano*] *germano* **P**^{1}, 24 p. 12, 23 *qui tanto*] *qui ante* **P**^{1}. dom. 125 p. 79, 28 *sin ista consecratio*] *in ista consecratione* **P**. har. resp. 6 p. 93, 14 *lapidibus*] *iam pedibus* **P**.

Multo gravius quod **P**^{1} haud raro omissionibus laborat, ex quibus earum quae viginti litterarum ambitum habent iam mentio facta est. accedunt aliae id genus vel minores vel maiores, velut sen. 1 p. 3, 10 *qua nihil potest esse iucundius* om. **P**^{1}. pop. 6 p. 24, 14 *aut metellarum liberi pro q. metelli* om. **P**^{1}. har. resp. 5 p. 92, 24 *odio dignitatis* om. **P**, 47 p. 111, 9. 10 *caesaris in quo fallebat sed eum nemo redarguebat nisi eum inquam exercitum* om. **P**^{1}, 51 p. 112, 25 *quam in universo* om. **P**^{1}.

---

1) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, 131.
2) Cf. M. T. Ciceronis De haruspicum responsis oratio, ed. A. Guaglianone, Florentiae 1968, 7.
3) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXXVII – XXXVIII.
4) Cf. J. N. Madvig, Opuscula Academica 1, Hauniae 1834, 411 – 438.
5) Cf. Madvig, Opuscula 1, 375 – 376.

Adde quod hic illic singula ex eo verba exciderunt, velut sen. 5 p. 5, 3 *gloria* om. $\mathbf{P}^1$. dom. 67 p. 59, 10 *coniecerit* om. $\mathbf{P}^1$. har. resp. 2 p. 91, 15 *limine* om. $\mathbf{P}^1$, 60 p. 116, 7 *umeris* om. $\mathbf{P}^1$.

Saepissime tamen hoc librarii $\mathbf{P}^1$ peccaverunt in singulis vocabulis scribendis ubi a) in initio, b) in media parte, c) in fine vocabulorum vel syllabae vel litterae desiderantur. pauca exempla pono:

a) sen. 24 p. 12, 27 *referente*] *rente* **P**. dom. 19 p. 42, 8 *potest*] *est* **P**, 42 p. 50, 24 *ita*] *a* $\mathbf{P}^1$, 105 p. 73, 5 *potestis*] *testis* $\mathbf{P}^1$, 109 p. 74, 13 (cf. 147 p. 88, 30) *religiones*] *legiones* $\mathbf{P}^1$, 121 p. 78, 17 *etsi*] *si* $\mathbf{P}^1$. har. resp. 15 p. 97, 2 *referentibus*] *ferentibus* $\mathbf{P}^1$.
b) sen. 11 p. 7, 5 *creditorum*] *critorum* $\mathbf{P}^1$, 24 p. 13, 1 *restituendum*] *restuendum* $\mathbf{P}^1$. pop. 2 p. 22, 18 *laetitiae*] *laetiae* $\mathbf{P}^1$, 10 p. 25, 24 (cf. dom. 85 p. 65, 23, 119 p. 78, 3) *civium*] *cium* $\mathbf{P}^1$. dom. 2 p. 35, 11 *improborum*] *inprorum* $\mathbf{P}^1$, 25 p. 44, 24 *pristinae*] *prisnae* $\mathbf{P}^1$, 44 p. 51, 14 *invidiosorum*] *invidiorum* $\mathbf{P}^1$, 50 p. 53, 17 *tetigit*] *tegit* $\mathbf{P}^1$, 52 p. 54, 15 (cf. 74 p. 61, 25) *maiores*] *mores* $\mathbf{P}^1$, 105 p. 73, 2 *lumina*] *luna* $\mathbf{P}^1$, 116 p. 77, 8 *genere*] *gere* **P**. har. resp. 50 p. 112, 11 *perniciosis*] *perniosis* **P**, 54 p. 113, 28 *dominatus*] *domitus* $\mathbf{P}^1$, 59 p. 115, 31 *volutatus*] *volatus* $\mathbf{P}^1$: *violatus* $\mathbf{P}^2$, 62 p. 116, 27 *cetera*] *cera* $\mathbf{P}^1$.
c) sen. 14 p. 8, 14 *sine*] *si* $\mathbf{P}^1$. dom. 11 p. 39, 10 *factus*] *fac* $\mathbf{P}^1$, 29 p. 46, 12 *dignitate*] *dignita* $\mathbf{P}^1$, 31 p. 46, 31 *sentiant*] *senti* $\mathbf{P}^1$, 38 p. 49, 14 *concidisse*] *concidis* $\mathbf{P}^1$, 54 p. 55, 8 *convellisti*] *convellis* $\mathbf{P}^1$, 94 p. 68, 23 *pulcherrimi*] *pulcherri* $\mathbf{P}^1$, 103 p. 72, 13 *deterret*] *deterr* $\mathbf{P}^1$. har. resp. 20 p. 99, 11 *minime*] *mini* $\mathbf{P}^1$, 48 p. 111, 21 *semperne*] *semper* **P**, ib. 24 *optime*] *opti* **P**, 55 p. 114, 9 *delitiscit*] *delitis* $\mathbf{P}^1$.

Denique **P** duplices lectiones ex exemplari suo ductas exhibere recte animadvertit Klotz[1]), velut dom. 94 p. 68, 23 *quod ex*] *quod ex quo ex* **P** (scil. ex *quo ex* with "quod ex" written above). har. resp. 1 p. 91, 2 *praesentium*] *praesentiaeum* $\mathbf{P}^1$ (scil. ex *praesentiae* with "um" written below).

$\mathbf{P}^2$ Quae vitia omissionesque cum plerumque a correctore $\mathbf{P}^2$ emendata suppletaque essent, quaerebatur utrum $\mathbf{P}^2$ suo iudicio in corrigendo usus esset an codice aliquo. atque Halm, qui primus ipsum **P** diligenter inspexit, uni $\mathbf{P}^1$ fidem habendam esse censuit, quidquid $\mathbf{P}^2$ aut supplevit aut emendavit, ab ipso fictum esse ratus. neque solum id ratus est sed etiam pro lectionibus $\mathbf{P}^2$ suas substituebat[2]), et si quas comprobavit id non nisi necessitate coactus fecit[3]), velut sen. 1 p. 3, 10 *qua nihil potest esse iucundius* add. $\mathbf{P}^2$, 12 p. 7, 30 *ne aperte incommoda patriae lugeretis ediceret* add. $\mathbf{P}^2$. neque deerant, ut plerumque fit, qui Halmii vestigia premerent.[4]) eo maiorem tamen laudem meruerunt F. Schoell[5]) et

1) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXVII.
2) Cf. C. Halm, Interpolationen in Ciceronischen Reden aus dem codex Parisinus Nro. 7794 nachgewiesen, Rh.Mus. 9, 1854, 321–350.
3) Cf. Halm, Interpolationen, 342–343.
4) Cf. H. Wrampelmeyer, Librorum manuscriptorum qui Ciceronis orationes pro Sestio et pro Caelio continent ratio qualis sit demonstratur, Detmoldiae 1868, 4–16.
5) F. Schoell, Die Interpolation der Ciceronischen Caeliana, Rh. Mus. 35, 1880, 543–563.

M. Hertz[1]), qui cum id potissimum agerent ut sinceritatem integritatemque codicum **GE** firmarent, nihilo minus etiam **P**^{2} laboranti succurrerunt, utpote qui cum iis vitiorum consensu artissime coniunctus esset. nec aliter rem tractavit Klotz[2]), qui et labore summo et ingenio maximo effecit ut, quae de cognatione et indole **P**^{2} pro certo iam habenda sunt, ea ei potissimum debeantur. id igitur concedendum videtur, cum **P**^{2} in erroribus cum secundae stirpis codicibus **GE** saepe faciat, **P**^{2}**GE** ex communi fonte (y) derivatos esse. adfero pauca exempla: dom. 19 p. 42, 8 *se* **P**^{1}**HP**^{3} : om. **P**^{2}**GV**, 43 p. 51, 3 *est* **P**^{1}**H** : om. **P**^{2}**GMV**, 63 p. 58, 4 *duces* **P**^{1}**H** : *ducis* **P**^{2}**GMV**, 68 p. 59, 14 *veritati* **P**^{1}**HP**^{3} : *veritate* **P**^{2}**GV**. har. resp. 18 p. 98, 7 *delecter* **P**^{1}**H** : *delectari* **P**^{2}**GE**, 24 p. 101, 4 *megalesibus* **P**^{1}**H** : *megalensibus* **P**^{2}**GE**, 51 p. 112, 27 *esse tam* **H** : *esset am* **P**^{1} : *esset tam* **P**^{2}**GE**. quae cum ita sint, vix a me impetrare possum ut Antonio Guaglianone[3]) accedam, qui et de codicum **PHGE** cognatione et de **P**^{2} origine longe alia protulit. primum enim dicit lectionem archetypi ad nos propagatam esse per duplicem codicum stirpem, deinde earum stirpium primae esse **P**, alterius **P**^{2}**HGE**, denique **P**^{2}**H** et **GE**, hic (δ) illic (γ) intercedentibus, ex subarchetypo (β) descendisse. at ut alia omittamus, de correctoris **P**^{2} origine operae pretium est quaerere iterum, quam ne ad (γ) referas sed ut aliunde repetas loci modo adlati te suadent, ubi verum complexus est **H**, in errore consentiunt **P**^{2}**GE**. nihil attinet novandi causa perverse agere.

Restat ut pauca de indole **P**^{2} adferamus. est autem cur eum reprehendas praesertim in eo quod saepe codice (y) neglecto coniecturae apertae indulsit, velut

sen. 25 p. 13, 13 *et*^{1} **GE***e***V** : *ut* **P**^{1} : *aut* **P**^{2}**H**. pop. 19 p. 29, 16 *sceleratorum* **GHT***e***V** : *scelerator* **P**^{1} : *sceleratus* **P**^{2}, 23 p. 31, 1 *mitigari* **GH***e***V** : *viticari* **P**^{1} : *vindicari* **P**^{2}. dom. 2 p. 35, 18 *ab aliis*^{1} **GHM** : *ab ilis* **P**^{1} : *ab illis* **P**^{2}, 12 p. 39, 16 *ulcere* **GHMV** : *vicere* **P**^{1} : *viscere* **P**^{2}, 31 p. 47, 4 *sit* **GMV** : *sic* **H** : *sim* **P**^{2}, 70 p. 60, 17 *impediri erat* **GP**^{3} : *impedierat* **P**^{1}**HMV** : *impediri at* **P**^{2}, 83 p. 65, 8 *eique* **GHV** : *etque* **P**^{1} : *atque* **P**^{2}. har. resp. 18 p. 98, 12 *statas* **G** : *stata* **P**^{1} : *statuta* **P**^{2}, 25 p. 101, 18 *liberatum* **G** : *liberatus* **P**^{1}**EH** : *libertum* **P**^{2}, 55 p. 114, 20 *viam* **GEH** : *vivam* **P**^{1} : *vitam* **P**^{2}, 59 p. 115, 31 *volutatus* **GEH** : *volatus* **P**^{1} : *violatus* **P**^{2}.

Quae coniectandi libido ibi sese maxime ostendit, ubi cum aut omnes codices textum corruptum tradiderint aut in errorem inciderit **P**^{1}, textum, ut videtur, omiserit (y), corrector **P**^{2} vitio deprehenso quasi necessitate coactus ad locum sanandum se contulisse videtur. in quo quam infeliciter non numquam versatus sit ex his perspici potest, velut

---

1) Cf. H. Hertz, Zur Kritik von Ciceros Rede für den P. Sestius, Neue Jahrb. Suppl. 13, 1884, 33–73; W. Peterson, Cicero's post Reditum and other Speeches, CQ 4, 1910, 167–168.

2) Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, VI–VII, XXI–XXIV.

3) Cicero, De har. resp., ed. Guaglianone, 16.

sen. 23 p. 12, 12 *amicitias igni perspectas tuear*] *amicitias igni perspectu tuen* **P**^{1} : *amicitia segni perspecta tunc* **P**^{2} : om. **GE**^{1}**H**. dom. 7 p. 37, 18 *ea res erat illa*] *res illa talis erat* **H** : *aures regatila* **P**^{1} : *aures re illa* **P**^{2} : *res* (*reo* **M**) **GMV**, 9 p. 38, 15 *denique eam*] *de eam* **P**^{1} : *deinde eam* **P**^{2}**H** : om. **GMV**, 63 p. 58, 3 *nancta*] *nanctam* **P**^{1} : *nactam* **GV** : *in actam* **P**^{2} : *in actum* **HP**^{3}. har. resp. 47 p. 111, 5 *alienatione a*] *alienatione et* **P**^{2}**H** : *alienationeret* **G** : *alienatio***neret* **E** : *aliena et* **P**^{1}.

In universum tamen tam bonae sunt notae lectiones **P**^{2} ut invitus de eius honestate et auctoritate detrahere velis. nam non solum omissiones cod. **P**^{1} plerumque recte supplevit sed etiam complures locos servavit quos alii codices corruptos tradiderunt. quod si quaeris utrum eos ex (y) an ex exemplari codicis **P**^{1} an ex suo ingenio sumpserit, haud raro me haerere confiteor. itaque aliquot exempla promiscue adfero, velut

sen. 7 p. 5, 18 *clarissimi* **P**^{2}**H**ε**V** : *clarissimi viri* **P**^{1}**GE**, 13 p. 8, 11 *maestumque* **P**$^2\varepsilon$**V** : *maestumve* **P**^{1}**GEH**, 26 p. 14, 7 *nemo* **P**^{2}**E**$^2\varepsilon$**V** : *mo* **P**^{1} : *mox* **G** : *mo** **E**^{1}. pop. 6 p. 24, 8 *reditu* Schol. **P**^{2} : *retu* **P**^{1} : *reatu* **GET**ε**V**, 8 p. 25, 4 *idem qui* **P**^{2} : *idemque* **P**^{1}**GT**ε**V**. dom. 8 p. 38, 4 *an aliis* **P**^{2}**H** : *an meis* **G** : om. **P**^{1}, 11 p. 39, 10 *factus* **P**^{2}**H** : *fac* **P**^{1} : *factum* **GMV**, 35 p. 48, 2 *perturbare* **P**^{2} : *-ari* **P**^{1}**GHMV**, 37 p. 48, 23 *dicere* **P**^{2} : *diceres* **P**^{1}**GHMV**, 49 p. 53, 10 *etiam* **P**^{2}**HV** : *etima* **P**^{1}**G**, 79 p. 63, 19 *ademit ademit* **P**^{2} : *ademit* **P**^{1}**GHV**, 137 p. 84, 26 *ut si quae* **P**^{2}**H** : *usiquae* **P**^{1} : *utique* **G**^{1}**V**. har. resp. 7 p. 93, 28 *me telum* **P**^{2}**H** : *metellum* **P**^{1}**GE**, 23 p. 100, 16 *errata* **P**^{2}**H** : *erat* **P**^{1} : *rata* **GE**, 28 p. 102, 22 *legati te* **P**^{2} : *legate* **P**^{1}**GE**, 42 p. 108, 20 *illim* **P**^{2} : *illi* **P**^{1} : *illum* **GE** : *illinc* **H**, 50 p. 112, 15 *ne*^{1} **P**^{2} : *ne ne* **P**^{1} : *ne meam* **GEH**, 62 p. 116, 27 *cetera* **P**^{2}**H** : *cera* **P**^{1} : *scelera* **GE**.

P^3 Correctorem **P**^{3} a **P**^{2} quibusdam locis ubi cum singulis litteris res sit haud facile distingui posse monendum. ut exemplum ponam, adnotavit Halm[1]) in sen. 4 p. 4, 19 *sicut hostes . . . revixissent ego non revertissem* (**P**^{1}) *sicut* in *si aut* et *ego* in *aut ego* manu recentissima mutatum. in quo quam longe a vero aberrarit ex eo colligi potest quod error in cod. Bern. 136 (**B**), qui quasi manus **P**^{2} agnoscendae normam praebet, exstat. sed ne **B** quidem, id quod aliis[2]) confisus credidit Klotz[3]), semper sibi constat. neque enim desunt loci, quod ipse vidi, ubi **B** correcturas **P**^{2} in textum non receperit, velut sen. 3 p. 4, 10 *delituit* **E**$^2\varepsilon$**VF** : *deluit* **P**^{1}**B** : *delevit* **P**^{2}**GE**^{1} : *diruit* **H**, 4 p. 4, 22 *sine consulibus* **P**^{2}**GH** : *sine consule* **E** : *sinere****p. sine* (sine ras. **B**) **P**^{1}**B**. itaque nos in **P**^{2} et **P**^{3} enotandis hic illic interiore quodam sensu ductos esse recte divinabis. sed ne plura dicam, de **P**^{3} origine plane mihi cum Wuilleumier[4]) convenit. scilicet **P**^{3} saepissime ad errores cod. **H** correcti se adplicat, velut sen. 3 p. 4, 8 *facta non est* ε**VF** : *non est* **P**^{1}**GEH** : *non est permissa* **H**^{2}**P**^{3}, 5 p. 5, 6 *ut* **P**^{1}**GE**ε**V**: *ut licet* **HP**^{3}, 7 p. 5, 19 *non* **P**^{1}**GEH**$^1\varepsilon$**V** : *non solum* **H**^{2}**P**^{3}. dom. 5

1) Cf. M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia 2. 2, ed. J. C. Orelli – J. G. Baiter – C. Halm, Turici 1856, 832.
2) Cf. Halm, Interpolationen, 321; Peterson, Cicero's post Reditum and other Speeches, 168.
3) Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXII.
4) Cf. Cicéron, Discours 13, ed. Wuilleumier, 30.

p. 36, 29 *capitolium* **P**^{1}**GMV** : *capitolium intrare* **HP**^{3}, 63 p. 58, 3 *nancta*] *nanctam* **P**^{1} : *nactam* **GV** : *in actam* **P**^{2} : *in actum* **HP**^{3}. inde **H** fontem correctoris **P**^{3} fuisse facile colligas. accedit quod, si quando quid novi adfert **P**^{3}, id saepe malam coniecturam confitetur, velut sen. 7 p. 5, 17 *impugnata*] *oppugnata* **P**^{3}, 8 p. 6, 1 *illam*] *illam causam* **P**^{3}. dom. 7 p. 37, 18 *ea res erat illa*] *res illa talis erat* **H** : *aures regatila* **P**^{1} : *aures re illa* **P**^{2} : *aures erigere illa* **P**^{3}, 72 p. 61, 8 *nomen*] *exulis nomen* **P**^{3}. ne tamen totum **P**^{3} abicias, sunt loci ubi verum restituerit, ut dom. 68 p. 59, 17 *ad* **P**^{3} : *aut* **P**^{1} : *et* **P**^{2}**GHMV**, 69 p. 60, 13 *vetabatur* **P**^{3} : *videbatur* **P**^{1}**GHMV**, 70 p. 60, 23 *alienissimi a* **P**^{3} : *-issima* **P**^{1} : *-issimam* **GHMV**, 71 p. 61, 2 *ad* **P**^{3} : om. **P**^{1}**GHMV**, 73 p. 61, 16 *ac* **P**^{3} : om. **P**^{1}**GHMV**.

Complures viri d., quorum nomina partesque ex iis quae de correctore **GE**
P^{2} supra exposita sunt maximam partem nota habemus, in **GE**, secundae stirpis codicibus primariis, aestimandis vehementer inter se discrepantes elaboraverunt. tantum quidem monendum, fortasse ipsam praestantiam cod. Par. 7794 (**P**), qui eo praesertim saeculo in omnium notitiam vocatus sit quo ab uno eodemque optimo libro auctoritas textus constituendi a viris d. peteretur, obstitisse quo minus ceteri codices recte aestimarentur. quod quidem re vera ad Halmium pertinet, qui cum primum librum **P** inspexit, omnes melioris notae lectiones codicum recentiorum felices hominum doctorum emendationes esse pronuntiavit.[1]) cuius sententiae quanta fuerit vis quantaque auctoritas ex Madvigio cognosci potest. quamvis enim primo vir egregius **GE** ex **P** derivatos esse negavisset[2]), animadversionibus Halmii cognitis sententiam mutavit.[3]) quamquam id monuit, quod lectiones quaedam **GE** a scholiasta Bobiensi contra **P** comprobatae essent, **GE** non ex **P** ipso sed ex eius gemello fluxisse. id iam pridem Wrampelmeyer suspicatus est.[4]) auctoritatem **GE**, quod supra exposuimus, defenderunt Schoell et Hertz, quos C. F. W. Mueller secutus meliores eorum lectiones in textum recepit.[5]) solus G. Peterson in editione sua in opinionem Halmii reccidit.[6]) hic **GE** iterum laborantibus succurrit Klotz[7]), qui docuit vix fieri posse ut **GE** a **P** descendissent, primum quod non nullis locis contra **P** cum testimoniis antiquis consenti-

1) Cf. Cicero, Opera 2. 2, ed. Orelli, Baiter, Halm, 830.
2) Cf. Madvig, Opuscula 1, 421–423, qui alioquin perperam de codicum cognatione iudicavit.
3) Scil. in altera Opusculorum Academicorum editione Hauniae a. 1887 emissa, pp. 338–340, uno volumine comprehensa.
4) Cf. Wrampelmeyer, 14–19.
5) Cf. M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia 2. 2, ed. C. F. W. Mueller, Lipsiae 1896, CXIV.
6) Cf. Cicero, Orationes, ed. Peterson, VIII–X.
7) Cf. A. Klotz, Zur Kritik einiger ciceronischer Reden (pro Caelio und de domo), Rh. Mus. 67, 1912, 367–370; Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, VII–X.

rent, velut in nostris, sen. 1 p. 3, 4 *id tribuendum* **GEH** cf. Mamertinus : *adtribuendum* (*attr-* **εVF**) **PεVF**; har. resp. 24 p. 101, 6 *p. africanus iterum consul* **GEH** Asconius, ubi **P** omisit praenomen 'necessarium propter magistratus significationem'; deinde quod saepenumero male solutum compendium insulare particulae *autem* ħ praeberent. quod si ex **P**, qui litteris Carolinianis minusculis exaratus est, descendissent, id accidere non potuisse.

Aliquot exempla adfero: sen. 26 p. 14, 2 *autem* **PGE**^{2}**εV** : *hi* **E**^{1} : deest **H**, 30 p. 15, 18 *autem* **PHE**^{2}**εV** : *hoc* **G** : *haec* **E**^{1}. pop. 4 p. 23, 9 *autem* **PGH** : *enim* **E** : *huius* **T** : *ħ* **εV**. dom. 147 p. 88, 28 *autem* **PHG**^{2} : *hoc* **G**^{1} : *enim* **MV**. har. resp. 5 p. 93, 3 *autem* (in ras. **G**) **PGH** : *enim* **E**, 43 p. 109, 11 *autem* **PH** : *ħ·* **G** : *ħ* **E**.

Post Klotzii disputationem nemo iam est qui dubitet num **GE** sua via ab (**A**) descenderint.

Nunc res accuratius nobis tractanda est. ac primum quidem **GE** ex uno eodemque libro (**m**) (= z Klotzii) derivatos esse cum aliis tum his vitiis communibus facile demonstratur, velut

sen. 4 p. 4, 15 *ea* **PHεV** : om. **GE**, 25 p. 13, 9 *dedecus et* **εVF** : *dedecus* **E**^{2} : *deus* **P** : *reus* **GE**^{1} : *omnis* **H**. pop. 2 p. 22, 19 *mihi* **PH** : *modo* **GETεV**, 6 p. 24, 8 *reditu* Schol. **P**^{2} : *retu* **P**^{1} : *reatu* **GETεV** : deest **H**. har. resp. 4 p. 92, 14 *id tamen* **PH** : *vel id tamen* **GE**, 20 p. 99, 11 *mentes* **PH** : *omnes* **GE**, 44 p. 109, 18 *nulla* **PH** : *nec* **GE**, 46 p. 110, 25 *quid . . . 27 publica* post 50 p. 112, 16 *illam* transp. **GE**, 61 p. 116, 20 *atque* **P**^{2}**H** : *adque* **P**^{1} : *at* **GE**.

quem (**m**) librum non eundem fuisse atque (**y**) eo probatur quod **P**^{2}, qui item secundae stirpis est, saepe verum praebet ubi **GE** in errorem inciderunt (v. supra **P**^{2}). quarum **P**^{2} lectionum non nullas in (**y**) stetisse negari vix potest. deinde **E** non ex **G** maiore natu originem duxisse sed recta via ab (**m**) manasse ex his apparet, velut

sen. 2 p. 3, 17 *et infinitum est* **PEHεV** : *est et infinitum* **G**, 20 p. 11, 16 *ego* **PEHεV** : om. **G**, 32 p. 16, 18 *non modo desereret* **PEHεV** : *desereret non modo* **G**, 36 p. 18, 1 *etenim . . . 3 debeo* **PEHεV** : om. **G**. pop. 2 p. 22, 18 *fruor* **PEHTεV** : *utor* **G**, 5 p. 23, 23 *parvus* **PEHTεV** : om. **G**. har. resp. 4 p. 92, 16 *vero* **PEH** : om. **G**, 24 p. 101, 4 *more* **PEH** : *meae* **G**, 26 p. 102, 1 *istius*^{1} *. . . tuus* **PEH** : om. **G**, 52 p. 113, 9 *invehitur* **P**^{2}**EH** : *inveitur* **P**^{1} : *videbitur* **G**.

Quod si de codicum **GE** indole naturaque quaeris, id mihi alicuius momenti esse videtur quod vix certa ratio viaque, ut ita dicam, errandi in iis inveniri potest nisi quod saepe verba transponuntur. in universum igitur cum scribis parum litteris eruditis potius divinandique facultatis expertibus res nobis est quam cum ingeniosis callidisque. quorum ut uter-
G que multa vitia exhibet, ita maiore fide dignus est **G**. hos igitur huius librarii errores qui vel emendandi studium vel neglegentiam vel duplicem lectionem in (**m**) confiteantur — nam de unius cuiusque origine parum certi dici potest — inspice:

sen. 13 p. 8, 13 *putares* **E**^{2}**εVF** : *putasti* **PH** : *putastis* **E**^{1} : *dubitastis* **G**, 14 p. 8, 13 *stipite* **E**^{2}**εVF** : *stipe* **P**^{1} : *etiope* **P**^{2} : *stipe vel ethiope* **G** : *vel aethiope stipe* **E** : *esope* **H**^{1} (duplicem lectionem iam (**m**) exhibuisse manifestum), 23 p. 12, 13 *proditores non indicem, dolorem profectionis meae reditus dignitate consoler*] *proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meae, defensores reditus dignitate consoler* (ex *-or* **G**^{2}) **G** (ipse textum interpolasse videtur). pop. 17 p. 28, 27 *audistis* **PTεV** : *vidistis* **G** (*a* apertum in (**m**) stetisse videtur) : deest **H**. dom. 24 p. 44, 18 *orbi* **PHMV** : *orbis* **G** (de suo mutavit), 63 p. 58, 5 *rettuderam*] *retu-* **HMV** : *retunderam* **P** : *retuleram* **G** (e falsa coniectura). har. resp. 1 p. 91, 3 *putavi mihi* **PEH** : *putavimus* **G** (ex male soluto compendio pronominis *mihi*), 52 p. 113, 9 *invehitur* **P**^{2}**EH** : *inveitur* **P**^{1} : *videbitur* **G** (ex male perspectis litterarum apicibus ortum videtur).

Accedunt singulorum, interdum plurium verborum omissiones, velut

sen. 20 p. 11, 16 *ego* **PEHεV** : om. **G**, 36 p. 18, 1 *etenim . . . 3 debeo* **PEHεV** : om. **G**. pop. 5 p. 23, 23 *parvus* **PEHTεV** : om. **G**. dom. 1 p. 35, 8 *di* **PHMV** : om. **G**, 10 p. 39, 2 *ob annonae causam* **H** : *binum non(a)e causam* **PMV** : om. **G** in lac., 20 p. 42, 23 *bello gerendo* **PHV** : om. **G**, 37 p. 49, 5 *non venire* **PHMV** : om. **G**, 55 p. 55, 24 *veste* **PHMV** : om. **G**, 97 p. 69, 28 *quibus . . . carerem* **PHMV** : om. **G**. har. resp. 4 p. 92, 16 *vero* **PEH** : om. **G**, 26 p. 102, 1 *istius*^{1} *. . . tuus* **PEH** : om. **G**.

Gravissimum tamen quod **G**, in quo cum saepius una cum **E** peccet, deperditi (**m**) consuetudinem reddit, multis locis falsum verborum ordinem exhibet. cuius vitii ea tantum exempla adfero quae in apparatu etiam sic satis onerato proferenda non curavi, neque eorum a prioribus mentio facta est:

dom. 1 p. 35, 5 *sapienter interpretando*] *interpretando sapienter* **G**^{1}, ib. 9 *sapientiae fidei potestati*] *potestati sapientiae fidei* **G**^{1}, 4 p. 36, 13 *iam quoniam*] *quoniam etiam* **G**^{1}, ib. 19 *ille inquit*] *inquit ille* **G**^{1}, 9 p. 38, 15 *erat superioribus*] *superioribus erat* **G**^{1}, 19 p. 42, 15 *extra ordinem bellum*] *bellum extra ordinem* **G**^{1}, 22 p. 43, 12 *ille litteras*] *litteras ille* **G**^{1}, 49 p. 53, 15 *dominationis* **P**^{2}**H** : *domin(a)e dominationes* **P**^{1}**G**^{2}**MV** : *dominationes dominae* **G**^{1}, 59 p. 56, 23 *meum discessum*] *discessum meum* **G**^{1}, 60 p. 57, 2 *discessum omnium locupletium*] *locupletium discessum omnium* **G**^{1}, 64 p. 58, 17 *faciebat impetus*] *impetus faciebat* **G**^{1}, 69 p. 60, 6 *populi iudicio*] *iudicio populi* **G**^{1}, 76 p. 62, 16 *mihi nullum*] *nullum mihi* **G**^{1}, 98 p. 69, 30 *animi dolores*] *dolores animi* **G**^{1}, 105 p. 73, 5 *pontifices non commoveri*] *non commoveri pontifices* **G**^{1}, 131 p. 82, 14 *cum metu*] *metu cum* **G**^{1}. his omnibus locis verus verborum ordo signis transpositionis (· restitutus est.

Similiter et errat et verba omittit vel transponit **E** nisi quod in univer- **E**
sum multo peioris notae est, ita tamen ut in oratione *cum sen. gr. egit* et in parte orationis *cum pop. gr. egit* adhuc servata integriorem lectionem vix **G** posthabendam praebet, in oratione *de har. resp.* habita pessimam. velut

har. resp. 1 p. 91, 3 *commosset* **PGH** : *cum nosset* **E**, 5 p. 92, 28 *illos eo* **PGH** : *illos consules* **E**, 7 p. 93, 20 *inlaqueatus* **P** : *ill-* **GH** : *illa queat* **E**, 16 p. 97, 15 *non ego* **PGH** : *nego* **E**, 18 p. 98, 16 *cinnanique* **G** : *cinnianique* **PH** : *cinatuque* **E**, 25 p. 101, 14 *pro di* (*dii* **H**) **GH** : *peridi* **P** : *per deos* **E**, 27 p. 102, 10 *vate suadente* **PGH** : *vades vadente* **E**, 28 p. 102, 20 *pessinuntem* **PH** : *pessimūte* **G** : *possum montem* **E**, 35 p. 105, 15 *vincula* **PGH** : *unda* **E**, 39 p. 107, 4 *mittis* **PGH** : *matris* **E**, 57 p. 115, 4 *vellet* **PGH** : *solet* **E**.

Ceterum aliquot omissiones **E** inspice, velut sen. 8 p. 5, 28 *mea* **PGHE^{2}εV** : om. **E^1**, 15 p. 9, 11 *abstulisset* **PGHE^{2}εV** : om. **E^1**, 30 p. 15, 24 *et* . . . 26 *possunt* **PGHE^{2}εV** : om. **E^1**. har. resp. 34 p. 105, 1 *sermonem* **PGH** : om. **E**, 37 p. 105, 29 *diligenter* **PGH** : om. **E**, 42 p. 108, 13 *quid adfert* **PGH** : om. **E**, 43 p. 109, 2 *auctoritati* . . . 4 *senatus* **PGH** : om. **E**, 60 p. 116, 5 *quod* **GH** : *cum* **P** : om. **E**; et transpositiones, velut sen. 2 p. 3, 16 *ipsum ordinem*] *ordinem ipsum* **E**, 5 p. 4, 27 *anni caligine*] *caligine anni* **E**. har. resp. 50 p. 112, 14 *eorum atque*] *atque eorum* **E**, 53 p. 113, 14 *certa nomina*] *nomina certa* **E**, 62 p. 117, 2 *illud etiam*] *etiam illud* **E**.

Nihilo minus codicibus **GE** quamvis saepe corruptelis inquinatis multis locis lectiones genuinae quae neque in **P** neque in **H** nunc exstant debentur, velut

sen. 4 p. 4, 12 *ut* **EεV** : om. **P^{1}GH**, ib. *annus* **EεV** : *anno* **H** : *minus* **PG**, 7 p. 5, 15 *auctoribus* **GEεV** : *auctoritatibus* **PH**, 10 p. 6, 17 *parv(a)e* **Gε** : *prav(a)e* **PEHX** : *parvous* (?) **V**, 23 p. 12, 8 *non invitus* **GEεV** : *non inventus* **P** : *nominentur* **H**, 27 p. 14, 11 *qui id* **GE** : *quid* **P^1** : *qui* **P^{2}F** : om. **εV**, ibidem *illum* **GεV** : *illos* **PE** : deest **H**. pop. 2 p. 22, 16 *cursu* **GETεV** : *cursus* **PH**, 6 p. 24, 9 *cognati* **ETεV** : *cogniti* **PG** : deest **H**, 10 p. 25, 22 *motus* **GTεV** : *opus* **P** : deest **H**, 20 p. 30, 6 *arti* **G** : *arte* **PεV** : *ante* **T**. dom. 14 p. 40, 20 *ipso* **G** : *ipsa* **PHMV**, 24 p. 44, 9 *lege sempronia* **G** : *leges sempronias* **PHMV**, 32 p. 47, 6 *aut* **GMV** : *ut* **PH**, 38 p. 49, 11 *patriciis* **G** : *patricii* **P^1** : *patricio* **P^{2}HV** : *patritius* **M**, 43 p. 50, 29 *quo* **GMV** : *qui* **PH**, 78 p. 63, 17 *ademptione* **GM** : *ademotione* **PHV**, 96 p. 69, 17 *concidere* **G** : *condere* **P^{1}H** : *concedere* **P^{2}MV**, 100 p. 70, 26 *prope* **GM** : *propter* **PV** : *praeterea* **H**, 104 p. 72, 14 *soluti* **GV** : *soluti a cura liberati* (*libertati* **H**) **PH** : *soliti ac vestre libertati* **M**, 107 p. 74, 1 *eversam* **GMV** : *versam* **PH**, 123 p. 79, 6 *date* **GMV** : *de* **PH**, 144 p. 87, 30 *praesidetis* **GMV** : *praesides* **P** : *praesides estis* **H**. har. resp. 3 p. 92, 3 *publicam* **GE** : om. **P** : *meam* **H**, 12 p. 95, 24 *albinovanus* **GE** : *albinomanus* **PH**, 18 p. 98, 12 *statas* **G** : *stata* **P^1** : *statuta* **P^2** : *statutas* **H** : *statis* **E**, 18 p. 98, 16 *cinnanique* **G** : *cinnianique* **PH** : *cinatuque* **E**, 25 p. 101, 18 *liberatum* **G** : *liberatus* **P^{1}EH** : *libertum* **P^2**, 43 p. 109, 12 *magnitudo* **GE** : *magnitudine* **PH**, 47 p. 111, 11 *nisi se* **GE** : *nise* **P^1** : *nisi* **P^{2}H**, 54 p. 113, 21 *clarissimi* **E** : *carissimi* **PGH**. haec, etiamsi hic illic emendationes felici manu factas agnoscis, sufficere arbitror ad inlustrandum **GE** sui iuris esse.

G^2 Quod autem ad correctores **G^{2}E^2** attinet, hoc loco de **G^2** solo quid compertum habeamus certiorem te facere nobis visum est. ac primum quidem **G^2** in erroribus cum **H** conspirare animadvertit P. Wuilleumier[1]), velut

sen. 17 p. 10, 5 *feceras* **E^{2}εV** : *praeferas* **PG^{1}E^1** : *praefeceras* **HG^2**. pop. 11 p. 26, 10 *salus* **PG^{1}TεV** : *salutis* **HG^2**. dom. 36 p. 48, 17 *ut et is* **P** : *ut is* **HG^2** : *et is* **G^1**, 126 p. 80, 14 *teste fecisti* **P^2** : *este fecisti* **P^1** : *est effecisti* **G^{1}V** : *effecisti* **HG^{2}M**. nescio igitur an hae lectiones rectae a **G^2** restitutae, modo ne sint coniecturae, ipsi **H** debeantur, velut sen. 5 p. 5, 1 *cum q.* **HG^{2}P^{3}εV** : *cumque* **P^{1}G^{1}E**, 17 p. 10, 1 *flaminio* **HG^2** : *flamminio* **V** : *-no* **ε** : *flamineo* **E^2** : *-ni* **PG^{1}E**. pop. 25 p. 32, 4 *ea* **HG^2** : *e* **G^1** : *ex* **PεV**. dom. 117 p. 77, 15 *scientia* **HG^{2}M** : *scientiam* **PG^{1}V**, 121 p. 78, 19 *ambulationis* **HG^2** : *ambutationis* **PG^{1}V**.

Neque tamen, quod Klotz statuit[2]), **G^2** hic illic ad **P** se contulisse omnino spernendum, velut

1) Cf. Cicéron, Discours 13, ed. Wuilleumier, 31.
2) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXIX.

sen. 13 p. 8, 8 *fictamque* **E**^{2}**F** : *victamque* **εV** : *versutamque* **PG**^{2} : *irritamque* **G**^{1}**E**^{1}**H**. dom. 131 p. 82, 15 *edictis*] *adictis* **P**^{1}**H** : *addictis* **P**^{2}**G**^{2}**V** : *additis* **G**^{1}**M**; unde fortasse has lectiones bonas fluxisse concedas: velut pop. 11 p. 26, 1 *opimius* **PG**^{2} : *opimus* **G**^{1}**T** : *optimus* **εV** : deest **H**. dom. 28 p. 46, 3 *exulceratus quae* **P**^{2}**G**^{2} : *exuic- quae* **P**^{1} : *exuisc- quae* **HP**^{3} : *exulerat usque* **G**^{1}**V** : *exul erat ut quae* **M**.

Postremo ipse **G**^{2}, ut videtur, suo iudicio usus verum non numquam detexit, velut

pop. 19 p. 29, 18 *id et* **G**^{2} : *ideo* **PG**^{1}**TεV** : *id mihi* **H**, 20 p. 30, 1 *recuperata vero* **G**^{2} : *recuparavero* **G**^{1} : *recte paravero* **PTεV** : deest **H**, 21 p. 30, 13 *inviderunt* **G**^{2} : *inviderent* **PG**^{1}**HTεV**, 22 p. 30, 21 *vobis qui de me* **G**^{2} : *qui de me vobis* **PG**^{1}**HεV** : *quidem vobis* **T**. dom. 38 p. 49, 9 *curiatorum* **G**^{2}**V** : *curatorum* **PG**^{1}**HM**, 39 p. 49, 18 *cum* **G**^{2}**M** : om. **PG**^{1}**HV**, 42 p. 50, 26 *eas* **G**^{2} : *as* **G**^{1} : *eius* **PH** : *et* **V** : *eius et* **M**, 85 p. 65, 27 *eiectum* **G**^{2}**M** : *electum* **PG**^{1}**MV**, 114 p. 76, 10 *disturbaret* **G**^{2} : *-are* **PG**^{1}**HMV**, 125 p. 79, 27 *ea* **G**^{2} : *ei* **PHMV** : *i* **G**^{1}, 146 p. 88, 16 *domo* **G**^{2} : *de domo* **PG**^{1}**HM** : deest **V**.

Hic etiam, sicubi **E** deficit, quorundam recentiorum ratio habenda. **TεV** itaque in oratione *cum pop. gr. egit* praeter **εV** codicem **T** adhibui, unde est cur aliquid lucri capi posse speres. ac primum quidem **TεV** secundae stirpis esse cum ex aliis tum ex his cognosci potest, velut

pop. 7 p. 24, 24 *et inaudita* **PH** : om. **GTεV**, 8 p. 25, 7 *aut* **P** : *ut* **GTεV**, 9 p. 25, 12 *auctores hortatoresque* **P** : om. **GTεV** : deest **H**, 20 p. 29, 28 *pervectus* **PH** : *traiectus* **GTεV**, 23 p. 31, 2 *ulciscendi* **PH** : *utendi* **GTεV**.

Ne tamen aut **T** aut **εV** ex **G** fluxisse existimes, id quod magni refert, haec mihi inspice, velut

pop. 1 p. 22, 2 *fortunasque* **PETεV** : *et fortunas* **G** : deest **H**, 2 p. 22, 18 *fruor* **PEHTεV** : *utor* **G**, 5 p. 23, 23 *parvus* **PEHTεV** : om. **G**, 8 p. 24, 27 *renovaret* **PHTεV** : *revocaret* **G**, 17 p. 28, 27 *audistis* **PTεV** : *vidistis* **G** : deest **H**.

Accedit quod **εV** ita in erroribus contra **G(E)T** saepe consentiunt ut eos non ex ipso (**m**) sed ex alio quodam libro (**n**) pluribus fortasse intercedentibus descendisse non neges, velut

pop. 1 p. 22, 12 *me* **PGET** : om. **εV** : deest **H**, 10 p. 25, 22 *et* **PGT** : *atque* **εV** : deest **H**, 15 p. 27, 26 *copiis* **P**^{2}**GHT** : *copis* **P**^{1} : *corporis* **εV**, 20 p. 30, 6 *otio* **PGT** : *in otio* **εV** : deest **H**.

quod idem de **T** dici potest, cuius omnes errores proprios haudquaquam ipsi librario **T** deberi, sed non nullos iam in exemplari (**o**) ex (**m**) derivato stetisse facile concedas.

Quod autem ad rationem quae inter **ε** et **V** intercedit attinet, licet **εV** nihil paene inter se differant, tamen **V**, qui minor natu est, ex **ε** non esse descriptum vel ex pop. 16 p. 28, 15 *vos* **PGTV** : om. **ε** : deest **H** colligitur.

Similiter **T** non esse apographum codicis **E** ex his apparet, velut pop. 4 p. 23, 16 *sic* **PGHT** : *si* **EεV**, 5 p. 24, 1 *gradatim* **PGHTεV** : *gratatim* **E**. quod vero **T** semel ab errore **E** stat, pop. 6 p. 24, 14 *metellarum*

P^{2}G : *metellorum* **ETεV**, id casu factum esse nescio an concedas. quamquam nos in lubrico hic versari vix opus est monere, utpote quibus tantum sex orationis paragraphi in **E** praesto sint. quod praeterea ad cognationem qua **εV** et **E** coniuncti sint pertinet, ea me quidem iudice ex pop. 4 p. 23, 9 *autem* **PGH** : *enim* **E** : *huius* **T** : *h* **εV**, ubi **ETεV** sua quisque ratione compendium insulare ħ, quod sine dubio in (**m**) stetit, male solutum praebent, magis perlucet quam ex levi quadam corruptelarum communione.

Denique **εV** non ex **T** descendisse eo nullo prorsus negotio probatur quod **εV** integram orationem tradiderunt, **T** post pop. 23 p. 31, 9 *etiam* desinit.

Quamquam uno loco, pop. 16 p. 28, 11 *fuit quem ad modum accepit tripert-* (ex *tre-* **P^2**) **P** : *om.* **GTεV** (sed *fuit quem ad modum cepit refert tripertitam* [*tripartitam* **V**] post 13 *coniunxit* hab. **εV**): in maiore lac., 16 p. 28, 11 *cuius* . . . 16 *cuncta* om. **H**, codices **εV** plura quam **GT** servarunt, nihil tamen est quod eos nescio quo pacto ultra (**m**) ad (**y**) ascendere putes. etenim haud parvi est momenti quod in **εV** supplementum de suo loco detrusum legitur. fieri igitur potest ut verba a **GT** omissa ex margine codicis (**m**) falsum in locum in (**n**)**εV** translata sint.[1] quod dignum est ut commemoretur, ne ob hanc unam lectionem nimium auctoritatis **εV** tribuas. praebent enim tres tantum lectiones in textum receptas[2]), ex quibus duae in **T** inveniuntur, de tertia propter maiorem omissionem nihil certi dici potest. quae sunt pop. 7 p. 24, 20 *subiit* **TεV** : *subit* **PG**, 13 p. 27, 5 *quin vel* **TεV** : *qui vel* **P** : *tum vel* **H^1** : *quin* **G** : *vel* **H^2**, 18 p. 29, 13 *civitatem* **εV** : *civitate* **PGH** : 13 *deinde* . . . 14 *existimat* om. **T**. quapropter scire velim num nescio quid auctoritatis **εV** prae testimonio **T** deminuatur. huc pertinet quod **T** verum contra ceteros secundae stirpis testes hic illic praebet, velut pop. 21 p. 30, 19 *ratione repetenda* **P^{1}T** : *rationem repetenda* **G^1** : *rationem repetendo* **P^{2}G^{2}H** (quod Kayser, R. Klotz, Peterson receperunt) : *ratione expetenda* **εV**. cuius modi tamen alia facili coniecturae deberi videntur, velut pop. 13 p. 27, 1 *equitesque* **T** : *equites* **PGHεV**, 21 p. 30, 17 *gerendo* **T** : *regendo* **PGHεV**.

M In oratione vero *de domo sua* habita, quam **ε** non continet, praeter **V** recentiorem **M** J. G. Baiter primus adhibuit.

Quem codicem secundae stirpis esse ex his cognoscitur, velut dom. 4 p. 36, 16 *tu* **H** : *tum* **P** : *totum* **GMV**, 28 p. 45, 31 *me*^{1} **PH** : om. **GMV**, 47 p. 52, 16 *scriptor* **PH** : *scriptur(a)e vel scriptor* **GMV**, 101 p. 71, 4 *adsensu* **PH** : om. **GMV**, 144 p. 87, 27 *urbis* **PH** : *orbis* **GMV**. deinde **M** non ex **G** derivatum ex his apparet, velut dom. 1 p. 35, 2 *sunt* **PHMV** : *sint* **G**, 26 p. 45, 14 *itali(a)e* **PHMV** : *galiae* **G**, 97 p. 69, 28 *quibus . . . carerem* **PHMV** : om. **G**, 143 p. 87, 21 *ducibusque* **PHMV** : *ducibus* **G**. tum

---

1) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXXII.
2) Fallitur autem Wuilleumier qui pop. 24 p. 31, 20 *grati* **ε** refert, ubi re vera *gratam* omnes codd. exhibent.

M ex (**n**) fluxisse videri vel his firmatur, velut dom. 14 p. 40, 20 *non a* **PG** : *num a* **H** : *nam* **MV**, 72 p. 61, 10 *qui* **P²GH** : *quei* **P¹** : *qui ei* **MV**, 86 p. 66, 1 *ahala cum* **P** : *ac alii cum* **G** : *achaicum* **MV** : *cum* **H**, 121 p. 78, 20 *aram* **PH** : *aurum* **MV** : *taurum* **G**, 133 p. 83, 13 *proteruissent* **PGH** : *perterruissent* **MV**. denique ne aut **M** ex **V** aut **V** ex **M** descriptum suspiceris, haec v. c. inspice: dom. 6 p. 37, 7 *partim . . . gladiis* **M** : om. **V**, 29 p. 46, 11 *quid . . .* 12 *valeat* **V** : om. **M**, 42 p. 50, 21 *iure agere* **V** : *agere* **M**, 49 p. 53, 10 *etiam* **V** : *et una* **M**, 138 p. 85, 14 *neque is . . .* 16 *verbis* **M** : om. **V**.

MV haud parvus numerus lectionum bonarum debetur, quae sunt dom. 2 p. 35, 17 *timore bonorum* **M** : *amore bonorum* **PGV** : om. **H**, 25 p. 44, 20 *animo* **V** : *animo modo* **PGHM**, 36 p. 48, 16 *filii* **M** : *illi* **PGV** : *ille* **H**, 45 p. 51, 25 *sunt* **MV** : *sint* **PGH**, 50 p. 53, 26 *suis* **M** : *tuis* **PGHV**, 52 p. 54, 17 *eidem* **M** : *idem* **PGHV**; ib. 18 *dedisses* **MV** : *dedisset* **PGH**, ib. 19 *roma* **M** : *romae* **P** : *rome* **GHV**, 54 p. 55, 10 *in* **V** : om. **PGHM**, 70 p. 60, 20 *designatus* **MP³** : *dignatus* **P¹GHV**, 74 p. 61, 25 *maiores* **M** : *mores* **PGHV**, 95 p. 69, 4 *at* **M** : *ad* **PGV** : *aut* **H**, 98 p. 70, 4 *praetextatos* **M** : *praetextos* **PGHV**, 102 p. 71, 22 *publice* **MV** : *publicae* **PG** : *p.* **H**, ib. 24 *ex* **V** : *et* **PGHM**; 107 p. 73, 20 *cum²* **V** : *tum* **PGHM**, 108 p. 74, 10 *se* **M** : *te* **PGV** : *a te* **H**, 124 p. 79, 18 *religione* **M** : *religioni* **PGV** : *religionibus* **H**, 131 p. 82, 12 *digna* **M** : om. **PGHV**, ib. *arbitrabatur* **V** : *arbitrabantur* **PGHM**, 136 p. 84, 10 *dedicandi* **M** : *iudicandi* **PGHV**, 138 p. 85, 14 *neque is* **M** : *nequis* **PGH** : deest **V**. ex quibus si quae coniecturae tribuas, recte facias.

Sequitur ut de tertia stirpe, cuius testis est **H**, agamus. sunt autem quae etiam nunc de eo dubitationem moveant. sed quamvis eius testimonium suspiceris, totum abicere non audeas. itaque ut hodie se res habent, Klotzium **H** minoris iusto aestimasse in propatulo est. etenim primum parum iusta Petersonii collatione nisus **H** originem ex (**y**) **GE** trahere censuit, deinde nihil prorsus boni in eo invenit quin coniecturae tribuendum esset.[1]) altera ex parte ante Klotzium disputavit Ae. Baehrens.[2]) nam **H** in Ciceronis Caeliana examinato ita eius bonitate commotus est ut prorsus **GE** ut ex **P** descriptos eosque cum **H** comparatos abiciendos putarit, **PH** ut sua quemque via a communi fonte demissos solos testes traditionis integros declararit. nuper sententiam de **H** tulerunt et Wuilleumier[3]), qui eum sui iuris esse demonstravit, et Guaglianone[4]), qui cum de origine **H** opinionem Klotzii amplexus esset, tamen bonitatem eius agnovit. neque Peterson[5]), cui prima codicis collatio in medium protracta debetur, olim dubitavit quin **H** genuinas lectiones saepenumero exhiberet nisi quod de eius origine nihil paene egit. equidem quid de **H** sentiam ex his intellegi potest.[6]) **H**

Primum **H** haud raro in singularibus corruptelis cum correcto **P** facit, ita ut non numquam correcturas **P²** spernere videatur, velut

---

1) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXVIII – XXIX.
2) Cf. Ae. Baehrens, Ad Ciceronis Caelianam, Rev. de Philol. 8, 1884, 33 – 54.
3) Cf. Cicéron, Discours 13, ed. Wuilleumier, 28, 29, 30; Cicéron, Discours 13. 2: Sur la réponse des haruspices, ed. P. Wuilleumier – A. M. Tupet, Paris 1966, 24, 26.
4) Cf. Cicero, De har. resp., ed. Guaglianone, 12 – 15.
5) Cf. Cicero, Orationes, ed. Peterson, X – XI.
6) Cf. T. Maslowski, Some Remarks on London, British Library, MS Harley 4927, Rh. Mus. (sub prelo).

sen. 7 p. 5, 15 *auctoribus* **GEεV** : *auctoritatibus* **PH**, 17 p. 10, 11 *paterere* **P²H²εV** : *patere* **P¹H¹** : *patereris* **GE**, 25 p. 13, 13 *et* **GEεV** : *ut* **P¹** : *aut* **P²H**. pop. 2 p. 22, 15 *(a)equabilis* **P²GETεV** : *aequabili* **P¹H**, ib. *secundo* **P¹GETεV** : *secundus* **P²H**, ib. 16 *cursu* **GETεV** : *cursus* **PH**, 21 p. 30, 19 *ratione repetenda* **P¹T** : *rationem repetenda* **G¹**: *rationem repetendo* **P²HG²** : *ratione expetenda* **εV**. dom. 8 p. 38, 3 *existimassem*] *(a)estimavissem* **P²H** : *sensissem* **GMV** : om. **P¹**, 22 p. 43, 8 *cognominibus* **P¹** : *cum nominibus* **P²H** : *cognominis* **GMV**, 31 p. 47, 4 *sit* **GMV** : *sic* **P¹H** : *sim* **P²**, 60 p. 57, 3 *tetrarcharum* **G** : *et archarum* **PH**, 86 p. 66, 1 *caeso* **P¹** : *ceso* **GMV** : *censor* **P²H**, 88 p. 67, 5 *si* **P²GMV** : *si me* **P¹H**, 96 p. 69, 11 *adflicto* (*aff-* **GMV**) **P¹GMV** : *et adflicto* (*aff-* **H**) **P²H**, 123 p. 79, 6 *huic* **P¹GMV** : *hac* **P²H**, 133 p. 83, 9 *ades lucule ades servili* **ς** : *ades luculle servili* **P¹GMV** : *ades ades luculle servili* **P²H**. har. resp. 12 p. 95, 17 *id semper* **ς** : *idem per* **PH** : *idem* **GE**, 12 p. 95, 24 *albinovanus* **GE** : *albinomanus* **PH**, 47 p. 111, 5 *alienatione a* **ς** : *alienatione et* **P²H** : *alienationeret* **G** : *alienatio•neret* **E** : *aliena et* **P¹**, 49 p. 112, 5 *miserum* **P¹GE** : *miserrumum* (*-imum* **H**) **P²H**, 54 p. 113, 30 *utrique* **P¹GE** : *utrisque* **P²H**. quibus perpensis **H** arte coniunctum esse cum **P** vix negari potest.

Accedit quod **H** simili ratione ad singulares errores **GE** persaepe se adplicat idque pari modo in oratione *de har. resp.* habita, quod nescio quo pacto effugit Wuilleumier et Tupet.[1]) velut

sen. 12 p. 7, 16 *cincinnatus* (*cint-* **εV**) **PεV** : *incincinnatus* **GEH**, 13 p. 8, 8 *fictamque* (*vic-* **εV**) **E²εVF** : *versutamque* **PG²** : *irritamque* **G¹E¹H**, 23 p. 12, 11 *amicitias igni perspectas tuear* om. **GE¹H**. pop. 12 p. 26, 15 *oppius* **P** : *pompeius* **GHTεV**, 16 p. 28, 5 *honoribusque* (*-quae* **P¹**) **P** : *honoribus* **GHTεV**, 17 p. 28, 24 *unum* **P** : om. **GHTεV**. dom. 8 p. 38, 1 *ego* **P** : *ergo* **GHMV**, 23 p. 43, 21 *dedisses* **P** : *dedissem* **GHM** : deest **V**, 32 p. 47, 11 *praetermittam* **P** : *pr(a)etermittens* **GHMV**, 58 p. 56, 17 *eorum* **P** : *illorum* **GHM** : om. **V**, 84 p. 65, 20 *ego* **P** : *om.* **GHMV**, 139 p. 85, 22 *e ti. coruncani*] *et coruncanis* **P** : *et quorum canii* **G²** : *et quorum canis* (*caius* **M**) **GHMV**. har. resp. 6 p. 93, 10 *labefactam* **P** : *labefactatam* **GEH**, 12 p. 95, 21 *M'.*] *m.* **P** : om. **GEH**, 22 p. 100, 12 *spectaculis* **P** : *in spectaculis* **GEH**, 48 p. 111, 18 *in²* **P** : om. **GEH**, 49 p. 112, 2 *moenium obiectas*] *omnium obiecta* **P** : *omnium obiecta tela* **GEH**, 50 p. 112, 15 *ne¹* **P²** : *ne ne* **P¹** : *ne meam* **GEH**, 62 p. 116, 30 *de* **P** : *e* **GEH**. manifestum igitur, cum vagus modo huc, modo illuc **H** se convertat, cum codice mixto rem nobis esse.

Neque alia codicis **H** propria praetermittenda, velut quod in oratione *cum sen. gr. egit* et *cum pop. gr. egit* tam multa omissa atque transposita apparent ut vix similes sui orationes nobis traditae sint. quas omissiones si accuratius examinaveris, non casu sed consulto factas concludes, ut, quae videbantur nimia esse, contraherentur, velut sen. 4 p. 4, 16 *cum* ... 20 *revertissem* om. **H**, 21 p. 11, 24 *multa* ... 26 *promulgavit* om. **H**, alia. huc etiam quaedam dubia revocanda, velut sen. 26 p. 14, 1 *cum vos* ... 27 p. 14, 16 *dies* om. **H**, ubi verba non propter repetitum *dies* omissa esse id arguit quod praeterea 27 p. 14, 18 *quo die* deletum est, ut decurtata sententia corrotundaretur. ut aliud exemplum ponam, vide etiam sen. 33 ubi verbis p. 16, 21 *duae* ... 26 *qua re* omissis verba p. 16, 27 *servos* ... 29 *revocatas* et ib. p. 17, 1 *municipia* et *omnis* omissa accedunt. quod vero

1) Cf. Cicéron, Discours 13. 2, ed. Wuilleumier, Tupet, 25.

sen. 13 p. 8, 9 *non iuris* . . . 10 *liberalitas* praetermissum est, id idcirco factum, quod quid sibi haec vellent, utpote quae depravata iam in (**A**) stetissent, **H** ignorabat.

Accedit quod haec aliaque in utraque oratione ita omissa sunt ut non solum grammatica integritas sententiarum sed etiam aliquis nexus orationis maneat, cuius efficiendi causa etiam transposita sunt non nulla et mutata, velut pop. 8 p. 25, 8 *qua re* . . . 9 *reddidistis* ante 7 p. 24, 22 *at me* transp. **H**, propterea quod 6 p. 24, 8 *non enim* . . . 7 p. 24, 22 *revocavit* omissis nexu quodam opus erat quo alienae orationis partes inter se accommodarentur. simul ipsa verba transposita necessario mutata sunt, ita ut pro *qua re hoc* legatur *hoc autem*.

Satis igitur admonere, cum orationes *cum sen. gr. egit* et *cum pop. gr. egit* contractas praebeat **H**, auctoritatem eius per has orationes valde imminutam esse.

Orationes vero *de domo sua* et *de har. resp.* habitas ita integras exhibet **H** ut, quae ab omnibus fere librariis inter transcribendum omissiones fiunt, eae inveniantur, velut

dom. 27 p. 45, 19 *certe* . . . 20 *tulisset* **PGMV** : om. **H**, 37 p. 48, 28 *cur* . . . p. 49, 2 *relinquetur* **PGMV** : om. **H**, 81 p. 64, 11 *legem* . . . 82 p. 64, 17 *autem* **PGMV** : om. **H**, 82 p. 64, 18 *auctorem* . . . *tamen* **PGMV** : om. **H**, 105 p. 73, 3 *caerimonias* . . . 4 *ad* **PGMV** : om. **H**. har. resp. 28 p. 102, 22 *cuius* . . . 23 *solebant* **PGE** : om. **H**, 54 p. 13, 23 *id* . . . *necesse est* **PGE** : om. **H**.

Quod idem fere ad singula verba omissa pertinet nisi quod **H** nimis depravatis vel intellectu difficilioribus prudens et sciens saepius supersedet, velut

sen. 28 p. 14, 24 *diribitores*] *dirivitores* **P**[1] : *dirivictores* **P**[2] : *dirivatores* **GE**[1] : *direptores* **E**[2]**εVF** : om. **H**. pop. 11 p. 26, 11 *sollemni deorum*] *solempni de* **ς** : *solem de* **P** : *sole de* **GTε** : *sole* **V** : om **H**. dom. 2 p. 35, 17 *timore bonorum* **M** : *amore bonorum* **PGV** : om. **H**. har. resp. 41 p. 108, 3 *qua eloquentia* **P**[2]**GE** : *que loquenciam* **P**[1] : om. **H**.

Neque parvi interest quod **H** pravum verborum ordinem exhibet, saepius in oratione *de har. resp.* habita, rarius in *de domo sua*, velut

dom. 18 p. 42, 6 *mari terraque* **PGMV** : *terra marique* **H**, 63 p. 58, 1 *ab omnium bonorum* **PGMV** : *a bonorum omnium* **H**, 70 p. 60, 23 *clarissimus vir* **PGMV** : *vir clarissimus* **H**, 111 p. 75, 2 *potissimum libertas domo sua* **PGMV** : *libertas sua potissimum domo* **H**, 126 p. 80, 7 *me in gabinio* **PGMV** : *in gabinio me* **H**. har. resp. 14 p. 96, 18 *illo solo* **PGE** : *solo illo* **H**, 21 p. 99, 22 *quae ob* **PGE** : *ob quae* **H**, 31 p. 104, 1 *ad me non nulli* **PGE** : *non nulli ad me* **H**, 37 p. 106, 3 *quid religiosius quid gravius* **PGE** : *quid gravius quid religiosius* **H**, 46 p. 110, 18 *flagitantis vos populum romanum desiderantem* **PGE** : *populum romanum desiderantem frangitantis vos* **H**, 58 p. 115, 24 *suum nomen* **PGE** : *nomen suum* **H**, 63 p. 117, 9 *quidem sunt* **PGE** : *sunt quidem* **H**. sed eius modi transpositiones frequentiores in **GE** quam in **H** apparere monendum.

Gravissimum autem quod **H** etiam atque etiam in emendando interpolandoque versatur, ita ut loci vel depravati vel difficiliores ad intelle-

gendum faciliores lectu reddantur. ac praetermitto quidem ea quae contrahendi studio contineantur. inspice vero haec, velut

sen. 4 p. 4, 12 *ut ipse ille annus*] *ipso illo anno* **H**, 7 p. 5, 15 *vobis auctoribus* **GE***ε***V** : *vobis auctoritatibus* **P** : *vestris auctoritatibus* **H**, 23 p. 12, 8 *quae cum libenter commemoro tum non invitus*] *quae cum libenter commemorata nominentur* **H**, 34 p. 17, 9 *defendere* **PGE***ε***V** : *defendere nolui* **H** (sc. propter 8 *nolui* perperam cum antecedentibus coniunctum). pop. 20 p. 30, 5 *utar* ⟨*verbis*⟩] *utar* **PGT***ε***V** : *pietate utar* **H**, 23 p. 31, 6 *bono rumore certe utitur*] *in eorum* (*meorum* *ε***V**) *aperte* (*apperte* **P**[1]) *utitur* (*utetur* **T**) **PGT***ε***V** : *in os aperte laudatur* **H**, 24 p. 31, 14 *me vita*] *me ulla* **P** : *nulla* **G***ε***V** : *mortuo* **H**. dom. 1 p. 35, 2 *eosdem* **PGMV** : *vos eosdem* **H**, ib. 4 *gerendo* **PGMV** : *gerendo pontifices* **H**, 16 p. 41, 16 *in ea re necne ratio*] *in ea re . . . ratio* **G** : *in ea regeneratio* **PM** : *in ea regere actione* **V** : *in ea re gerenda* **H**, 42 p. 50, 24 *merito* **PGMV** : *bene merito* **H**, 55 p. 55, 17 *spectatos*] *speratos* **PGMV** : *paratos* **H**, 73 p. 61, 18 *fuissem* **PGMV** : *fuissem restitutus* **H**, 113 p. 76, 3 *comportari iuberent* **P** : *-are iuberent* **GMV** : *comportarent* **H**. har. resp. 3 p. 92, 3 *rem publicam* **GE** : *rem* **P** : *rem meam* **H**, 19 p. 99, 9 *deorum* **PGE** : *deorum immortalium* **H**, 31 p. 104, 8 *postilio* **P**[1] : *postillo* **P**[2]**GE** : *postulatio* **H**, 55 p. 114, 15 *cogitanti* **P** : *ei cogitanti* **GE** : *nec cogitanti* **H**.

Hic etiam si non omnes, at paucae tamen proferendae interpolationes quae miro modo editoribus quibusdam imposuerint, velut

pop. 12 p. 26, 16 *** *noctemque* A. Klotz : *noctemque* sine lac. **PGT***ε***V** : *noctem* **H** et ut alii ita Peterson et Wuilleumier, qui **H** inspexerint. cui nulla hic auctoritas tribuenda, utpote qui *noctem* loco transpositione foedato exhibeat, ita ut p. 26, 16 *noctem sibi ad deliberandum postulasset* ante p. 26, 14 *cum et* legatur. dom. 5 p. 36, 29 *in senatum venire in capitolium . . . non debuisti* **P**[1]**GMV**, ubi post *capitolium* verbum *intrare* addidit **HP**[3] et Wuilleumier, qui eo mihi adductus videtur ut *intrare* reciperet quod additamentum **H** testimonio **G** firmari sibi finxit (v. eius apparatum). quamquam nihil est quod lectionem **P**[1]**GMV** suspiceris. dom. 132 p. 82, 27 *nemone horum tibi idoneus visus est* . . . p. 83, 1 *cum quo dedicationem communicares*, ubi *cum quo* recte restituit C. F. W. Mueller, *cum eo* praebent **PG**, *ut cum eo* **H** et Wuilleumier, quod vix Ciceronianum esse videtur.[1]) similiter har. resp. 17 p. 97, 27 *inimici contumeliis . . . respondere* recte Mdv.[2] 225, *inimici contumeliam . . . respondere* mendose **PGE**, *in inimici contumeliam . . . respondere* ut **H** ita Guaglianone contra Klotzium[2] 510, qui id Ciceroni repugnare satis superque demonstravit. ib. 31 p. 104, 5 *quod is . . . mea domo pontificum iudicio liberata secundum fratrem suum iudicatum esse dicebat*, ubi *mea domo* ex *meam domum* **PGEH** correxit Mommsen (vide ne *mea domu* scribendum sit, cf. Verr. 5, 128, Phil. 2, 45), *liberata* exhibent **PGE**, *liberatam* **H**. hoc ab ipso **H** emendatum eo demonstrari potest quod una cum aliis genuinum *iudicatum* tradidit. quod si *iudicatum* verum est, quo modo se tibi illud *meam domum . . . liberatam . . . iudicatam* (corr. Gruterus) in **H** nisum probaturum sit nescio, quod tamen in textum recepit Guaglianone.

Sed cave ne omnino me fidem codici **H** abrogare putes. tantum enim abest ut eius auctoritatem spernam, ut multis locis lectiones quas rectas tradere videtur grato animo receperim, velut

sen. 29 p. 15, 6 *cum mea dixerit* **H** : *cum me adixerit* **F** : *cum me addixerit* **E**[2]*ε***V** : *dixerit cum mea dixerit* **P** : *dixerit cum mea* **G** : *dixerit cum ea* **E**[1]. pop. 5 p. 24, 4 *debeamus* **H** : *debemus* **PGET***ε***V**, 14 p. 27, 13 *parietum* **H** : *parietis* **PGT***ε***V**, 17 p. 28, 19

---

1) Cf. R. Kühner — C. Stegmann, Ausführl. Gramm. d. Lat. Spr. 2. 2, Hannover 1914, 302.

lentuli **H** : *lentulus* **PGTεV**. dom. 3 p. 36, 11 *aliud* **HP³** : *alios* **P¹** : *alias* **GV** : *aliter* **M**, 4 p. 36, 16 *tu* **H** : *tum* **P** : *totum* **GMV**, 10 p. 39, 2 *ob annonae causam* **H** : *binum non(a)e causam* **PMV** : in lac. om. **G**, 12 p. 39, 23 *atqui* **H** : *atquin* **PGMV**, 30 p. 46, 24 *rem perficiendam* **H** : *rem p. perficiendam* **PGMV**, 52 p. 54, 16 *subiceretur* **H** : *subicerentur* **PGMV**, 68 p. 59, 14 *etiam* **H** : *et in* **PGV** : *et* **M**, 72 p. 61, 9 *tui* **H** : *tuli* **PGMV**, 110 p. 74, 25 *indennatum* **H** : *indominato* **PGV** : *-tu* **M**, 125 p. 79, 28 *everteres sin* **H** : *evertere sin* **G²** : *everteres in* **P** : *revertere sin* **G¹MV**, 142 p. 87, 8 *universi* **H** : *universis* **PGMV**. har. resp. 13 p. 96, 4 *durum* **H** : *duorum* **PGE**, 23 p. 100, 19 *dubitabimus* **H** : *dubitavimus* **PE** : *dubitamus* **G**, 25 p. 101, 23 *nos* **H** : *nosset* **P¹** : *nos et* **P²** : *nossent* **GE**, 31 p. 104, 5 *pontificum iudicio* **H** : *pontificum* **P** : *pontificum* (*ponticum* **G**) *cum* **GE**, 37 p. 106, 1 *sunt* **H** : om. **PGE**, ib. 4 *nego* **H** : *ego* **PGE**, 39 p. 107, 9 *furis* **H** : *fueris* **P** : *fureris* **GE**, 39 p. 107, 13 *haberes* **H** : *habueris* **PGE**, 44 p. 109, 20 *fasceolis* **H** : *faceolis* **P** : *fasciis* **GE**, 53 p. 113, 21 *puris* **H** : *pueris* **PG** : *peritis* **E**. ex his ceterisque eius modi lectionibus non nullas ab (**A**) uno alterove libro (**x**) intercedente manasse veri simile.

Denique de **H²** paucis disputare libet; nam quae de eo supra rettulimus nihil ultra progressa sunt quam ut **H²** fontem interpolationum **P³** se praebere statuerimus. alias eius modi coniecturas **H²** solus exhibet, velut **H²**

sen. 28 p. 14, 24 *rogatores* **PGEH¹εV** : *tot rogatores* **H²**, 30 p. 15, 24 *initio* **PGE¹H¹** : *ab initio* **E²εVF** : *in initio* **H²**. dom. 1 p. 35, 5 *religiones*] *religionibus* **PGH¹MV** : *regionibus* **H²**.

Haec ex ipsius **H²** ingenio fluxisse pro certo habendum, unde alia traxerit nihil prorsus constat, neque id scire permagni interest. nullas enim quae alicuius momenti sint lectiones praebet nisi quod dom. 77 p. 62, 24 et 85 p. 65, 20 *quis* ex *qui* **PGH¹MV** correxit. nihilo minus **H²** quodam libro, fortasse ipso exemplari **H¹** usum esse vel ex his colligitur: dom. 65 p. 58, 23 *cato* **PGH²MV** : om. **H¹**, 70 p. 60, 14 *piso* **PGH²MV** : *ipso* **H¹**, 84 p. 65, 16 *philippus* **PGH²M** : *phippus* **H¹** : *philippulis* **V**. huc etiam revocandum quod **H²**, postquam plura quibusdam locis verba **H¹** scribae erasit, correctiora, ut videtur, inseruit, velut

sen. 14 p. 8, 14 *interesse sine* in ras. **H²**. pop. 21 p. 30, 14 *cum custodes rei p.* in ras. **H²**, 24 p. 31, 16 *mihi* . . . 18 *sententia sim-* in ras. **H²**. dom. 25 p. 44, 20 *animo modo auditurus* in ras. **H²**.

Iam eo res pervenit ut qualis sit ratio codicum **XE²εVF** quibus oratio *cum sen. gr. egit* aut integra aut aliqua ex parte servata est disserendum nobis sit. cuius disputationis argumentum ita disposui ut primum pauca de necessitudine quae inter **E²εVF** intercedit proferam, deinde quo modo **X** cum iis cohaereat exponam. **XE²εVF**

Ac primum quidem **E²εVF** ex uno fonte (**z**) derivatos esse corruptelis quas una exhibent nullo negotio probatur, velut **E²εVF**

sen. 5 p. 5, 5 *arbitraretur* **PGE¹H** : *non arbitraretur* **E²εVF**, 8 p. 5, 25 *deus* **PGE¹H** : *decus* **E²εVF**, 12 p. 7, 26 *idem* **PGE¹H** : *hoc idem* **E²εV**, 15 p. 9, 10 *quam* **PGE¹H** : *quamquam* **E²εVF**, 16 p. 9, 23 *luctu* Schol. **PGE¹H** : *vultu* **E²εVF**, 30 p. 15, 24 *initio* **PGE¹H¹** : *ab initio* **E²εVF** : *in initio* **H²**, 32 p. 16, 17 *praesidiis* **PGE¹H** : *praedatione* **E²εVF**, 38 p. 18, 26 *interfectis inimicis denique* **PGE¹** : *refecti nimis denique* **E²εVF** : *nulla auctoritate senatus* **H**.

Accedit quod ut ceteris auctoritate praestat **E**², idque tamen nullam aliam ob causam quam quod eos vetustate superat, ita nihil prorsus praebet quod non in iis legatur. recentiores autem illi ita inter se cohaerent ut communem originem (**n**) facile confiteantur. cuius rei haec exempla inspice, velut

sen. 1 p. 3, 6 *vestra* **PGEH** : *vestrum* **εVF**, 7 p. 5, 16 *volitantis* **PGEH** : *volitarent* **εVF**, 15 p. 9, 5 *aestimant* **PGEH** : *existimant* **εVF**, 20 p. 11, 11 *contionibus* **PGEH** : *cogitationibus* **εVF**, 24 p. 13, 2 *et defendendum* **PGEH** : om. **εVF**, 29 p. 15, 10 *metum* **PGE** : *meum* **εVF** : deest **H**, 39 p. 19, 6 *implorarit* **GEH** : *implorit* **P** : *implorante* **εVF**.

Postremo **εVF** ita se gerunt ut sua quisque via ab (**n**) descendisse videatur. quod saltem de **εV** pro certo haberi potest, cum **V** hic illic veram lectionem amplexus vitia **ε** natu maioris aversatus sit, velut

sen. 4 p. 4, 12 *ipse ille* **PGEV** : *ipso illo* **H** : *ille* **ε**, 6 p. 5, 14 *videbatis* **PGEHV** : *iubeatis* **ε**, 12 p. 7, 29 *ut* **PGEHV** : *et* **ε**, 29 p. 15, 3 *videri* **PGEHV** : om. **ε**. quod idem de **F** qui non nisi singulas lectiones ex (**n**) ductas praebet aegre demonstrari posse per se liquet.

His rebus ita constitutis ad id accedendum est quod iam diu in controversiam vocatur, quanta familiae **z** sit auctoritas quantaque fides tribuenda. qua in re si nullum paene pondus habent quae Wrampelmeyer[1]) in Ciceronis Liguriana de **E**² protulit, cuius orationis longe alia est codicum ratio atque orationum corporis Parisini, tamen ei deberi videtur quod **E**² in virorum d. notitiam venit. multo quidem maioris momenti quod Halm[2]), cum testimonium codicum **εF** examinasset, non solum ipsos ex **P** derivatos sed etiam, quas bonae notae lectiones exhiberent, eas coniectando repertas negavit. sed de **εVF** tum demum certius iudicare licuit cum ratio codicis **E**, cuius Halm ne mentionem quidem in editione sua fecit[3]), habita est. hic igitur commemorandus G. Stock[4]), qui cum lectiones **E**² et **εVF** religiosissime inspexisset atque inter se comparasset, primus necessitudinem quae inter eos intercedit agnovit, nec quidquam refert quod aliquanto post G. Peterson[5]) testimonium **εVF** plerumque sprevit aut si quid boni recepit e coniectura ortum iudicavit, utpote qui neque Stockium cognoverit et corruptelis **εVF** nimium commotus sit. 'eo autem quod **εVF** consentiunt cum correctore **E**², qui tribus fere saeculis antiquior est quam illi, efficitur ipsas lectiones non recentis originis esse nec ex ingenio quorundam virorum d., qui renascentibus litteris

---

1) H. Wrampelmeyer, Codex Wolfenbuttelanus No. 205, olim Helmstadiensis No. 304, 2, Hanoverae 1873, VIII–IX.

2) Cf. Halm, Interpolationen, 323, adn. 4.

3) Cf. Cicero, Opera 2. 2, ed. Orelli, Baiter, Halm, 830.

4) Cf. G. Stock, De recensenda Ciceronis oratione quam habuit cum senatui gratias egit, Genethliacon Gottingense, Halis Saxonum 1888, 106–111.

5) Cf. Cicero, Orationes, ed. Peterson, XIII.

fuerunt, procreatas.'[1]) post Stockium omnes **E**^{2} et **εVF** lectiones penitus examinavit Klotz[2]), cuius iudicium de Ciceronis voluntate consilioque in verbis ponendis, de mendorum et discrepantiarum originibus et causis, de coniecturis et lectionibus genuinis maxima ex parte probo. sic non solum iis locis verum restitui potest ubi testimonium **E**^{2} maxime valet (v. supra **A**) sed etiam ubi soli **εV(F)** testes praesto nobis sunt. pauca exempla profero, velut

sen. 3 p. 4, 8 *facta non est* **εVF** : *non est* **P**^{1}**GEH**^{1} : *non est permissa* **H**^{2}**P**^{3}, 4 p. 4, 13 *octo* **εV** : *hoc* **P** : *hos* **GE** : *cum* **H**, 9 p. 6, 10 *cinnano* (scr. *cy-*) **εV** : *germano* **P**^{1} : *cesonino* **GEP**^{3} : *cesonini* **H** : del. **P**^{2}, 21 p. 11, 19 *m. cispius* **εV** : *mospius* **PH** : *m. ospius* **GE**, 24 p. 12, 27 *referente* **εVF** : *rente* **P** : *petente* **GEH**, ib. p. 13, 4 *omnis ex* **εVF** : om. **PGEH**, 39 p. 19, 5 *arcessierit* **εV** : *arcesserit* **PH** : *accersierit* **GE**. quae si recte aestimata sunt, quin **εVF** sua via ex (z) fluxerint vix est quod dubites.

Sequitur ut novum illum testem, fragmenta Parisina **X** dico, in iudicium vocemus, cuius testimonium dignum est quod examinetur. **X**

Ac primum quidem **X** una cum **E**^{2}**εV** singulares **PGE**^{1}**H** errores fugiens rectas lectiones his locis tradit : sen. 11 p. 7, 1 *omnium* **XE**^{2}**εV** : *omnes* **PGE**^{1}**H**, 14 p. 8, 16 *ianua* **XE**^{2}**εV** : *inaua* **PGE**^{1}**H**, 16 p. 9, 18 *integumento* **XE**^{2}**εV**[3]) : *integimento* **PGE**^{1}**H**; unde hoc quidem certissime evincitur, **X** ad communem **PGE**^{1}**H** fontem haudquaquam redire.

Deinde ne **X** ex **E** correcto descriptum putes, inspice sen. 16 p. 9, 19 ubi soli **XεVF** pronomen *tu* servant, **E**^{2} silet, **PGE**^{1}**H** omittunt.

Quae cum ita se habeant, quaerendum nunc num deperditus (z) fons sit codicis **X**. huc in primis trahendi ii loci ubi errorem exhibent **E**^{2}**εVF**, verum praebet **X**, velut

sen. 13 p. 8, 5 *nobis* **PE**^{1}**HX** : *vobis* **GE**^{2}**εV**, ib. *in lustris* **PGEHX** : *illustris* **εVF**[4]), ib. *et helluationibus* **PGE**^{1}**HX** : *etiam helluoni* (*-nis* **F**) **E**^{2}**εVF**, 14 p. 8, 17 *pseudothyro* (*-tiro* **X**) **P**^{2}**X** : *psed-* **P**^{1} : *pseudothyra* (*-tyra* **εV**) **E**^{2}**εV** : om. **GE**^{1} : *porro* **H**, 27 p. 14, 19 *arcessivit* **PGEHXεV**[5]) : *accersivit* **E**^{2}.

ex his igitur hoc saltem apparet, **X** ultra testimonium (z) ascendere. licet enim *illustris*, *accersivit* errores sint proprii, tamen ceteri fere omnes quos **X** aspernatur in (z) certe steterunt.

---

1) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXIX.

2) Cf. A. Klotz, Zur Kritik einiger ciceronischer Reden II (cum sen. gr. egit, cum pop. gr. egit), Rh. Mus. 68, 1913, 477–514; Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXIX–XXXII.

3) Ciceronem *integumentum* formae *integimentum* praetulisse codd. ad Cael. 47, Pis. 12 testari videntur, nec praetermittendum quod eadem forma Plaut. Trin. 313, Bacch. 601 usus est. dubitationem quandam movent loci de or. 1, 161 et 2, 350, ubi tamen K. Kumaniecki, ed. Lipsiae 1969, familiam **L** secutus *integumentum* recepit. cf. Klotz, Zur Kritik II, 500.

4) De hoc errore consulendus Klotz, Zur Kritik II, 481.

5) Hoc Ciceronis esse post Klotzii Zur Kritik II, 481, adn. 2 inter omnes constat.

Quamquam uno loco **X** procul dubio ad familiam z se adplicat. considera enim mihi quo modo utraque familia orationem inscribat. nam omissis ceteris haec exhibet familia Parisina : *cum senatui gratias egit* **PG** : *gratias agit senatui* **H** : *cum de reditu suo senatui gratias egit* **E**. accedit quod ⟨. . .⟩ *senatui gratias egit* praebet Scholiasta Bobiensis. itaque quin (**A**) orationem *cum senatui gratias egit* inscripserit non est dubium.

Minus autem certa inscriptionis familiae z est causa. nam ex **E**^{2}*ε***VF** soli **VF** inscriptionem habent, **E**^{2} silet, *ε* titulo caret. sed haec sufficiunt ad rem indagandam. ac primum P. Pithou in margine superiore editionis Lambinianae haec ex codice **F** enotavit : *Oratio M. Tullii Ciceronis in senatu post reditum de exilio.* quod autem in *ε* inscriptio deest, id librarium ipsum neglegentiae convincit, quem habuisse unde inscriptionem describeret testimonium **V** ostendit. haec enim leguntur in **V** : *Oratio Marci Tulli Ciceronis in senatu post reditu ab exilio.* gravius tamen quod primarius ille **E**^{2} quod ab **E**^{1} traditum invenit corrigendum non curavit. sed ne maioris iusto hoc facias, memento **E**^{2} non nisi singulas lectiones ex (z) excerpsisse, ita ut in initio orationis rarius, progrediente autem opere, cum quanta esset discrepantia librorum cognovisset, crebrius lectiones varias enotaret. quibus rebus perpensis (z) orationem *in senatu post reditum* inscripsisse admodum probabile. nam ne putes **VF** inscriptionem illam coniectura invenisse, nunc testimonium **X**, qui antiquior est quam illi, valde te prohibet. haec autem testatur **X**: *M. T. Cicero in senatum post reditum contra Lucium Pisonem*, ubi *in senatum* levis librarii error, verba *contra Lucium Pisonem* falsum (nam *contra Gabinium et Pisonem* dicere debuit) eiusdem additamentum. itaque et **VF** et **X** illud *in senatu post reditum* ultima stirpe ex (z) traxisse veri simile. quod quidem antiquitus traditum esse non dico, alterius recensionis titulum fuisse negare non possum.

Scrupulum quendam inicit id quod supra observavimus, **X** aliquotiens lectiones rectas contra (z) servare. haec dissolvi posse puto, si rationem contaminationis quae dicitur habuerimus, cuius tamen vestigia et in **X** et in ceteris familiae z testibus tam tenuia deprehenduntur ut hodie res vix ad lucem perduci possit, neque certum est utrum **P** codices familiae z ea adfecerit, quod voluit Wuilleumier[1]), an z codicem **P**, quod voluit Klotz.[2]) equidem ancipiti contentione districtus quamvis dubitans Wuilleumiero adsentior. cuius rei exempla haec inspice:


sen. 1 p. 3, 4 *id tribuendum* **GEH** : *adtribuendum* (*attr-* *ε***VF**) **P***ε***VF**, 9 p. 6, 10 *duo* **P**^{1}**GE**^{1}**H** : *duos* **P**^{2}**E**^{2}*ε***V**[3]), 10 p. 6, 17 *duo consules* **EH** : *ii consules* **P**^{2}**G***ε***V** : *hii consules* **P**^{1} : *consules hii* **X** (scil. **P**^{1}**X** eundem, ut ita dicam, errorem exhibent. nam quod **X** verba transposuit, id ei deberi puto quod, quo clarior sententia e con-

1) Cf. Cicéron, Discours 13, ed. Wuilleumier, 31.
2) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXXIX.
3) Sed cf. R. Kühner – F. Holzweissig, Ausführl. Gramm. d. Lat. Spr. 1, Hannover 1966, 635.

textu abrepta fieret, *eo anno* post *fuerunt* addidit. vide etiam ne 10 p. 6, 17 *parv(a)e* **G**ε : *prav(a)e* **PEHX** error librum **X** ex **P** invaserit), 27 p. 14, 11 *qui id* **GE** : *quid* **P**¹ : *qui* **P**²**F** : desunt **H**ε**V**, 32 p. 16, 16 *templorum* **P**²**GEH** : *temporum* **P**¹ε**V**.

Quod si minoris iusto me **X** aestimasse putas, scito me haudquaquam ignorare fieri posse ut ille ex codice aliquo qui alia via ac (z) e communi huius familiae fonte descenderit derivatus sit. quamquam tum alium eiusdem generis codicem superstitem exspectarem. sed sic quoque, etiamsi ultra dubitationem de origine **X** iudicare non possumus, hoc teste reperto non nihil familiae z auctoritatis accrescere concedendum. itaque sen. 16 p. 9, 19 pronomen *tu* ab ε**V** servatum non coniecturae deberi, id quod in editionibus suis Guillen et Kasten voluerunt, nunc testimonio **X** probatur. ac omitto quod sen. 11 p. 7, 1 familiam Parisinam secutus *omnis libidines* ex inferis excitavit Guillen; nam praeter eum, qui omnino suo potius arbitratu quam lege critica usus textum constituit, nemo iam est qui familiam z debita auctoritate fraudare velit.

Haec igitur sunt quae de codicum necessitudine memoranda putavi. confido etiam me nihil tacuisse unde de eorum pretio atque utilitate quidquam colligas. itaque ut summatim omnia ante oculos ponam, talis imago mihi subicienda videtur:



3

Iam eo res deducta est ut pauca de ratione qua nostra editio nitatur adferamus. in singulis igitur verbis tractandis quem ad modum versatus sim ex iis quae supra de codicum rationibus disputavi satis elucet. haec addi possunt. in oratione *cum sen. gr. egit* si qui ita comparati exstant loci ut per se spectata et (**A**) scriptura possit recipi et (z), equidem rebus

omnibus ponderatis (**A**) sequi malui quam (z), ita tamen ut paucis exceptis ea quae Klotz huic orationi restituit non spreverim. similiter magna ex parte video Kasten in ed. Berolinensi a. 1969 fecisse. paulo severius de familia z iudicavit Wuilleumier, sed ne is quidem lectiones quas optimas praebet aspernatus est. nihil attinet plura de familia Parisina memorare nisi quod ex **PGEH** codici **H** minorem fidem habendam putavi contra Wuilleumier et Guaglianone, maiorem contra Klotzium. tamen in universum non singulorum codicum aut unius familiae auctoritatem sequi volui, sed usus Ciceroniani ratione habita separatim unum quemque locum ponderandum censui.

In varia lectione adferenda codicum **PGEHX** plenas collationes exhibui paucis tantum silentio praetermissis, codicum **TεVFM** selectas. hoc etiam monendus es, lector, me codices **PGEHXTεVFM** imaginibus lucis ope pictis usum diligentissime contulisse, ita ut post has exactissimas curas sicubi mea de illis codicibus relatio a prioribus discrepet, maior nostro quam illorum apparatui fides habenda sit. praeterea imagines omnium librorum recentiorum quos supra (p. XI) commemoravi selectis locis examinavi exceptis codicibus Escorialensibus.

Virorum d. coniecturas non solum locos corruptos vel obscuros explicandi causa memorandas putavi, sed etiam ut rationi criticae quae illis locis a prioribus adhibita est aliquid lucis adferretur. hoc ita est utile ut, si quis emendando operam dare voluerit, munitam viam ad veritatem inveniendam persequi possit.

Fundamentum orthographiae his orationibus adhibitae maxime **P** mihi praebuit, cuius scripturam satis accurate expressam in contextu Klotziano qui hac in re ex Halmii collatione in editione Turicensi a. 1856 exhibita pendet invenies. equidem ea orthographica quae momentum faciant textui subieci, minutias adferre supersedi. in scriptura verborum constituenda neque id secutus sum ut Ciceronem restituerem, cuius scribendi rationem parum notam habemus[1]), neque id egi ut omnia ad unam normam redigerem. quod si aequabilitatem quandam in scriptura adfectavi, id singillatim magis hic illic singula vocabula ad suam normam revocando, si quidem **P** iudicandi copiam praebuit, quam universe factum est. itaque in vocibus compositis[2]) cum neque formas adsimilatas neque non adsimi-

1) In **P** quamvis satis vetusto ne ea quidem quae antiquae scribendi rationis speciem prae se ferant necessario ad ipsum Ciceronem redire per se liquet. praeterea permultis eius modi locis nihil nisi scripturam vergentis antiquitatis ad nos propagatam esse post O. Ribbeck, Prolegomena critica ad P. Vergili Maronis 1, Lipsiae 1866, satis constat. cf. etiam F. W. Shipley, Certain Sources of Corruption in Latin MSS., New York 1904; M. A. Pei, The Language of the Eighth-Century Texts in Northern France, New York 1932.

2) Hic C. D. Buck, Notes on Latin Orthography, CR 13, 1899, 116–119, 156–167 et O. Prinz, Zur Präfixassimilation im antiken und im frühmittelalterlichen Latein, Archivum Latinitatis Medii Aevi 21, 1951, 87–115 et 23, 1953, 35–60 usui mihi fuerunt.

latas omnino spreverim, haec v. c. invenies: *ads-* (*adsiduus*); *adsc-* et *asc-* (*adscribere, ascendere*); *adst-* et *ast-* (*adstante, astante*); *adt-* et *att-* (*adtemptare, attingere*); *asp-* (*aspicere*); *conl-* et *coll-* (*conlocare, collega*); *comp-* (*comparare*); *imp-* (*improbus* compluribus locis contra **P** qui *inp-* exhibet); *exs-* (*exstare*. sic XI[ies] **P**, quamquam maximam partem, XXIX[ies], formas adsimilatas praebet). eodem iure in aliis quoque rebus inaequalitatem quandam admittere non veritus sum, velut quod dom. 96 p. 69, 9 *maxuma* **P**, 59 p. 56, 21 *parvos* **P**[1]; har. resp. 29 p. 103, 16 *mavoltque* **PGH**; 2 p. 91, 17 *volnerari* **P**, alia scribenda curavi. atque in tertiae declinationis plurali accusativos non ad unam normam sed ad **P** fere semper exactos invenies. altera ex parte genetivos vocum in *-ius*, *-ium* exeuntium simplici *-i* scriptos Ciceroni tribui, utpote qui pluribus locis quam qui Klotzio noti fuissent a **P**[1] servatos cognoverim.[1]) postremo neque *apsens* sim., *optempero* sim. neque *quom* sim. (pro *cum*) curavi et *praetermissa est* non *praetermissast* scripsi.

Iam nihil superest nisi ut gratiae agantur iis qui hanc editionem adiuverint, et primum quidem Bernhardo Kytzler Berolinensi; quo intercedente has orationes edendas Bibliotheca Teubneriana mihi commisit. quid, quod Casimiri F. Kumaniecki, carissimi magistri, ne manes quidem me deseruerunt sed ut olim ipse ita nunc consilio mihi atque auctoritate adfuerunt? quod quidem a viro d. D. R. Shackleton Bailey data mihi est potestas inspiciendi plagulas On Cicero's Speeches continentes in beneficio atque in honore pono. nec non grates plurimas ago habeoque Philippo Levine, qui hanc Praefationem perlegit aliquantumque purgavit. an possum praetermittere impensam benevolentiam G. Chr. Hansen praefecti huius preli, qui maxime in locorum citatorum numeris convertendis optatissimum mihi auxilium tulit? multo autem plurimum Ricardo H. Rouse debeo, Professori eminentissimo Univ. Californiensis in urbe Los Angeles, qui et cod. Par. 18104 (**X**) a se repertum mihi commodavit et de librorum manuscriptorum fatis permulta mihi impertivit et rerum palaeographicarum ignorantiam meam humanissime sublevavit. quo vero animo quantaque perseverantia in rebus adversis Ciceronem meum tamquam suum Michele, uxor mea, defenderit et ego ipse bene scio et cum aliis communicare volo.

Dabam in urbe Los Angeles Kal. Iul. a. MCMLXXIX T. M.

---

1) Praetermissis nominibus propriis haec adnoto: *aerari* dom. 124 p. 79, 23. *collegi* dom. 38 p. 49, 12. *consili* dom. 11 p. 39, 12; 102 p. 71, 21; 131 p. 82, 14. *fili* sen. 35 p. 17, 25; dom. 113 p. 75, 23. *imperi* dom. 129 p. 81, 22; 132 p. 83, 8; 133 p. 83, 13; har. resp. 3 p. 92, 4; 49 p. 111, 30; 51 p. 113, 1. *ingeni* har. resp. 40 p. 107, 21. *iudici* dom. 108 p. 74, 6; har. resp. 1 p. 91, 7. *malefici* har. resp. 37 p. 106, 2. *mancipi* har. resp. 14 p. 96, 24. *oti* dom. 137 p. 85, 6. *sacerdoti* har. resp. 21 p. 99, 24. *supplici* har. resp. 7 p. 93, 21.

INDEX LIBRORVM ET COMMENTATIONVM

Angelius, N., ed. Florentiae 1515
Augustinus, Ant., ap. Graevium
Atzert, C., Deutsche Literaturzeitung 39, 1918, 449–452

Baehrens, W. A., Beiträge zur lateinischen Syntax, Philol. Suppl. 12, 1912, 233–536
Baiter, J. G. – Kayser, C. L., 4. 2, ed. Lipsiae 1862
Baiter, J. G., vide Orelli
Boutemy, A., Un grand abbé du XIe siècle: Olbert de Gembloux, Annales de la société archéologique de Namur 41, 1934, 43–85
Boutemy, A., Un manuscrit de Gembloux retrouvé parmi les codices Tornacenses de la Bibliothèque Nationale de Paris (lat. 5795), Mélange Felix Rousseau, Bruxelles 1958, 110–120
Buecheler, F., Coniectanea critica, Rh. Mus. 13, 1858, 601
Busche, K., Berl. philol. Woch. 37, 1917, 1353–1360

Camerarius, J., ed. Basileae 1534 (= editio Hervagiana)
Clark, A. C., Mil., ed. Oxford 1895
Clark, A. C., The Descent of Manuscripts, Oxford 1918
Clark, A. C., ap. Peterson (*in app. cr. cito*)
Courtney[1], E., Notes on Cicero, CR n. s. 10, 1960, 95–99
Courtney[2], E., Notes on Ciceronian Manuscripts and Textual Criticism, Univ. of London, Inst. of Class. St., Bulletin 10, 1963, 13–16
Courtney[3], E., CR n. s. 17, 1967, 299–301
Cratander, A., ed. Basileae 1528 (*huic editioni praefuit M. Bentinus*)

De Saint-Denis, E., Latomus 12, 1953, 209–210
Drechsler, F. J., Kritische Miscellen, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 43, 1892, 297–299

Ernesti, J. A., ed. Lipsiae 1737–1739
Ernout, A., Rev. de Philol. 28, 1954, 145–146

Fabricius, F., har. resp., ed. Dusseldorpii 1565
Faernus, G., ap. Graevium

Gagnér, A., Florilegium Gallicum, Lund 1936
Garatoni, G., ed. Neapoli 1777–1788
Georges, K. E., Kritische Bemerkungen, Philol. 32, 1873, 540
Gesner, J. M., Cicero restitutus, Comment. Soc. Reg. Gottingensis 3, 1781, 223–284 (*hunc ap. Wolfium commemoratum cito*)
Graevius, J. G., ed. Amstelodami 1699
Graindor, P., Cicero, De domo 76, et Cicero, De domo 52, Rev. de Philol. 24, 1900, 147–148 et 241–242
Gruter, J., ed. Hamburgi 1618 (*cum notis J. Gulielmii*)
Gryphius, S., ed. Lugduni 1540 (*huic editioni praefuit J. M. Brutus*)
Guaglianone, A., har. resp., ed. Florentiae 1968
Gulielmius, J., vide Gruter

Halm, C., Über die Handschriften des Ciceros in der ehemaligen Heidelberger, jetzt Vatikanischen Bibliothek, Neue Jahrb. Suppl. 15, 1849, 165–178

Halm, C., Zur Handschriftenkunde der Ciceronischen Schriften, München 1850
Halm, C., Interpolationen in Ciceronischen Reden aus dem codex Parisinus Nro. 7794 nachgewiesen, Rh. Mus. 9, 1854, 321–350
Halm, C., vide Orelli (*in app. cr. cito*)
Hamacher, J., Florilegium Gallicum, Frankfurt 1975
Heumann, Ch. A., Arch., Cat., post red., Manil., Mil., ed. Isenaci 1735
Hotman, F., Comment. in Cic. oratt., Genevae 1554

Jeep[1], J., Zu Ciceros Reden, Neue Jahrb. 81, 1860, 615–616
Jeep[2], J., Kritische Bemerkungen zu Ciceros Reden, Wolfenbüttel 1862
Jeep[3], J., Kritische Bemerkungen zu Ciceros Reden, Wolfenbüttel 1863
Jordan, H., Quaestiones criticae, Regimontii 1866

Karsten, H. T., Cicero. Orationes post reditum tres, Mnem. n. s. 7, 1879, 399–410
Kasten, H., Staatsreden 2, ed. Berlin 1969
Kayser, C. L., vide Baiter – Kayser
Kinsey, T. E., Cicero de domo 87, Mnem. 18, 1965, 397–398
Klotz, A., 7, ed. Lipsiae 1919
Klotz[1], A., Zur Kritik einiger ciceronischer Reden, Rh. Mus. 67, 1912, 358–390
Klotz[2], A., Zur Kritik einiger ciceronischer Reden II, Rh. Mus. 68, 1913, 477–514
Klotz[3], A., Sprachliche Bemerkungen zu einigen Stellen in Cicero's Reden, Glotta 6, 1914–1915, 212–223
Klotz[4], A., Philol. Woch. 60, 1940, 14–17
Klotz, R., 2. 2, ed. Lipsiae 1866[2]
Koch, H. A., Conjectanea Tulliana, Naumburg 1868
Kumaniecki, K. F., De numeris Tullianis observationes aliquot, Ciceroniana n. s. 1, 1973, 69–82

Lahmeyer, G., Orationis de haruspicum responso habitae origo Tulliana, Gottingae 1850
Lahmeyer[1], G., Zu Cicero de domo sua, Philol. 22, 1865, 504
Lahmeyer[2], G., Zu Cicero de domo sua, Philol. 23, 1866, 71
Lambinus, D., ed. Parisiis 1565–1566
Landgraf, G., Kommentar zu Ciceros Rede pro Sex. Roscio Amerino, Leipzig-Berlin 1914[2]
Lange, L., Spicilegium criticum in Ciceronis orationem de domo, Lipsiae 1881
Lange, M., De Ciceronis altera post reditum oratione commentatio, Dresdae 1875
Latte, K., Römische Religionsgeschichte, München 1960
Lehmann, C. A., Quaestiones Tullianae, Hermes 15, 1880, 354–355 et 566–568 (*in app. cr. cito*)
Lehmann, P., Erforschung des Mittelalters 5, Stuttgart 1962
Lenaghan, J. O., A Commentary on Cicero's Oration De Haruspicum Responso, The Hague-Paris 1969
Löfstedt, E., Syntactica, 2 vol., Lund 1942[2] et 1933

Mack, D., Senatsreden und Volksreden bei Cicero, Diss. Würzburg 1937
Madvig, J. N., Opuscula academica 1, Hauniae 1834
Madvig[1], J. N., Adversaria critica 1, Hauniae 1871
Madvig[2], J. N., Adversaria critica 2, Hauniae 1873
Madvig[3], J. N., Adversaria critica 3, Hauniae 1884
Manutius, P., ed. Venetiis 1540
Manutius, P., Comment. in M. T. Cic. oratt. 2, Lipsiae 1783
Markland, J., Remarks on the epistles of Cicero to Brutus and of Brutus to Cicero in a letter to a friend. With a dissertation upon four orations adscribed to M. T. Cicero, London 1745 (*hunc ap. Wolfium commemoratum cito*)

Maslowski, T. – Rouse, R. H., Twelfth-Century Extracts from Cicero's Pro Archia and Pro Cluentio in Paris B. N. MS lat. 18104, Italia Medioevale e Umanistica 22, 1979, 97–122

Maslowski, T., Notes on Cicero's Four Post Reditum Orations, AJP 101, 1980, 404–420

Maslowski, T., Some Remarks on London, British Library, MS Harley 4927, Rh. Mus. (hoc iam foras datur)

Matthias, Th., Zu Ciceros Reden, Neue Jahrb. 139, 1889, 274–279

Mommsen, Th., ap. Orelli

Mueller, C. F. W., 2. 2, ed. Lipsiae 1896

Muretus, M. A., ap. Graevium

Naegelsbach, K. F., Lateinische Stilistik, Nürnberg 1905[9] (*huius emendationes summatim ap. Orelli exhibitae sunt*)

Naugerius, A., ed. Venetiis 1519

Nisbet, R. G. M., dom., ed. Oxford 1939 (*huius paginas cito*)

Nisbet, R. G. M., Pis., ed. Oxford 1961

Oberdick, J., Zu Ciceros Rede De domo sua, Neue Jahrb. 123, 1881, 201

Orelli, J. C. – Baiter, J. G. – Halm, C., 2. 2, ed. Turici 1856

Palmerius, J. M., ap. Graevium

Pellegrin, E. – Billanovich, G., Un manuscrit de Cicéron annoté par Pétrarque au British Museum, Scriptorium 8, 1954, 115–117

Peterson, W., Cicero's post Reditum and other Speeches, CQ 4, 1910, 167–177

Peterson, G., ed. Oxonii 1911 (*in app. cr. cito*)

Reid, J. S., Sull., ed. Cambridge 1882 (*praeterea huius emendationes ap. Peterson commemoratas cito*)

Romana editio, ed. Romae 1471

Rouse, R. H. – Rouse, M. A., The Florilegium Angelicum: Its Origin, Content, and Influence, Essays Presented to Richard W. Hunt, ed. J. J. G. Alexander and M. T. Gibson, Oxford 1975, 65–114

Rueck, C., De M. T. Ciceronis oratione de domo sua ad pontifices, Monachii 1881

Savels[1], J. A., Disputatio de vindicandis M. T. Ciceronis quinque orationibus post red. in sen., ad Quir. post red., pro domo sua ad pont., de har. resp., pro M. Marcello, Coloniae 1828

Savels[2], J. A., De M. T. Ciceronis oratione pro domo sua ad pontifices comment., Asnidiae 1833 (*huius sen., ed. Coloniae 1830 non cito*)

Schmidt, F. W., Zu Cicero, Neue Jahrb. 109, 1874, 741 et 742

Schoell, F., Alte Probleme, Archiv f. lat. Lexikogr. u. Gramm. 2, 1885, 205–207

Schoell, F., Interpolationen, Lücken und sonstige Verderbnisse in Ciceros Rede de domo, Rh. Mus. 43, 1888, 419–442 (*in app. cr. cito*)

Schoenberger[1], J. K., Mitteilungen, Woch. f. klass. Philol. 30, 1913, 1381–1382

Schoenberger[2], J. K., Mitteilungen, Woch. f. klass. Philol. 31, 1914, 645–646

Schoenberger[3], J. K., Mitteilungen, Woch. f. klass. Philol. 32, 1915, 831–832

Schuetz, C. G., ed. Lipsiae 1814–1823

Serruys, D., Cicero, De domo, Rev. de Philol. 24, 1900, 149–154

Shackleton Bailey, D. R., Sex. Clodius – Sex. Cloelius, CQ n. s. 10, 1960, 41–42

Shackleton Bailey, D. R., On Cicero's Speeches, HSCP 83, 1979, 237–285 (huius paginas cito)

Sigonius, C., ap. Graevium

Simon, J. H., The Budé Cicero, CR n. s. 5, 1955, 71–73

Spengel, L., Miscellen, Philol. 11, 1856, 403–404

Stephanus, C., ed. Parisiis 1554

Stock, G., De recensenda Ciceronis oratione quam habuit cum senatui gratias egit, Genethliacon Gottingense, Halis Saxonum 1888, 106–111
Sydow[1], R., Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Philol. 92, 1937, 227–228
Sydow[2], R., Kritische Beiträge zu Ciceros vier Reden nach seiner Rückkehr, Rh. Mus. 90, 1941, 77–79 et 168–174
Sydow[3], R., Kritische Beiträge zu Cicero, Rh. Mus. 92, 1943, 186–188

Thormeyer, G., De Valerio Maximo et Cicerone quaestiones criticae, Gottingae 1902

Ursinus, F., In omnia Ciceronis opera notae ap. Lambinum (ed. repetita Genevae 1584) commemoratae

van den Bruwaene, Antiquité classique 22, 1953, 459–460
Veneta editio, ed. Venetiis 1471

Walter[1], F., Zu Cicero und Augustinus, Philol. Woch. 61, 1941, 432
Walter[2], F., Zu Cicero und zu Quintilian mit den Deklamationen, Rh. Mus. 91, 1942, 2 et 4–5
Wolf, F. A., sen., pop., dom., har. resp., ed. Berolini 1801
Woodcock, E. C., CR 54, 1940, 91–92
Wuilleumier, P., Discours 13 (sen., pop., dom.), ed. Paris 1952
Wuilleumier, P. – Tupet, A. M., Discours 13. 2 (har. resp.), Paris 1966

Zielinski, Th., Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Leipzig 1904

M. TVLLI CICERONIS
ORATIO CVM SENATVI GRATIAS EGIT

SIGLA

P = codex Parisinus 7794 saec. IX$^{med.}$
  P^1 = prima manus
  P^2 = correcturae eiusdem fere aetatis
  P^3 = correcturae multo recentiores

G = codex Bruxellensis 5345 (olim Gemblacensis) saec. XI$^{in.}$
  G^1 = prima manus
  G^2 = correcturae paulo recentiores

E = codex Berolinensis 252 (olim Erfurtensis) saec. XII$^{in.}$
  E^1 = prima manus
  E^2 = correcturae eiusdem aetatis

H = codex Harleianus 4927 saec. XII$^{ex.}$
  H^1 = prima manus
  H^2 = correcturae recentiores

X = fragmenta Parisina 18104 saec. XII$^{ex.}$, continent § 10 p. 6, 17 *sed fuerunt* . . . p. 22 *reposcebat* et p. 6, 27 *quorum* . . . *fefellit*; § 11 p. 6, 27 *quis* . . . p. 7, 4 *sustentavit*; § 13 p. 8, 5 *ubi* . . . 7 *cessavit*; § 14 p. 8, 15 *idem* . . . 10 *voluptatibus*; § 16 p. 9, 16 *non te* . . . 21 *foedere adities* (sic); § 27 p. 14, 18 *quo die* . . . 21 *comprobarent*

ε = codex Erlangensis 847 anno 1466 exaratus

V = codex Vaticanus 1525 (olim Palatinus) anno 1467 exaratus

F = lectiones codicis Pithoeani in margine exemplaris Lambiniani (Argentorati 1581) quod Heidelbergae adservatur adscriptae

ω = superiores illi codices omnes praeter **X** et **F**

ς = codices recentiores non nulli

Schol. = Scholiasta Bobiensis

NOTAE

Bus. = Busche
Court. = Courtney
Ern. = Ernesti
Gar. = Garatoni
Ha. = Halm
Heu. = Heumann
Hot. = Hotman
Ka. = Karsten
Kays. = Kayser
Kl. = Alfr. Klotz
Lb. = Lambinus
Mdv. = Madvig
Man. = Manutius
Mue. = C. F. W. Mueller
Pet. = Peterson
Schoenb. = Schoenberger
Sh. B. = Shackleton Bailey
Wui. = Wuilleumier

TESTIMONIA

Cic., ad Att. 4, 1, 5 (scr. Romae c. Id. Sept. a. 57) postridie in senatu, qui fuit dies Non. Sept., senatui gratias egimus.

Cic., Planc. 74 nihil autem me novi, nihil temporis causa dicere, nonne etiam est illa testis oratio, quae est a me prima habita in senatu? in qua cum perpaucis nominatim egissem gratias, quod omnes enumerari nullo modo possent, scelus autem esset quemquam praeteriri, statuissemque eos solum nominare qui causae nostrae duces et quasi signiferi fuissent, in his Plancio gratias egi. recitetur oratio quae propter rei magnitudinem dicta de scripto est; in qua ego homo astutus ei me dedebam cui nihil magnopere deberem, et huius offici tanti servitutem astringebam testimonio sempiterno.

Cic., ad fam. 1, 9, 4 (scr. Romae mense Dec. a. 54 ad P. Cornelium Lentulum Spintherem, cos. 57) ego me, Lentule, initio, ⟨beneficio⟩ rerum atque actionum tuarum, non solum meis sed etiam rei publicae restitutum putabam, et, quoniam tibi incredibilem quendam amorem et omnia in te ipsum ac singularia studia deberem, rei publicae, quae te in me restituendo multum adiuvisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar quem antea tantum modo communi officio civium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum praestitissem. hac me mente fuisse et senatus ex me te consule audivit et tu in nostris sermonibus conlocutionibusque ipse vidisti.

Dio Cassius 39, 9, 1 κατῆλθέ τε οὖν ὁ Κικέρων, καὶ χάριν τῇ τε βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, παρασχόντων αὐτῷ τῶν ὑπάτων καὶ τὸ συνέδριον καὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἔγνω.

Schol., p. 153, 7 St. dein postea restitutus inter ceteros et ipsi (*sc. Plancio*) gratias egit iis orationibus quarum alteram in contione, alteram vero habuit in senatu. (*cf. § 35*)

Schol., p. 165, 5 St. suffecerat enim de ea oratione dixisse qua vel senatui vel populo gratias egit.

Si, patres conscripti, pro vestris immortalibus in me fratremque meum liberosque nostros meritis parum vobis cumulate gratias egero, quaeso obtestorque ne meae naturae potius quam magnitudini vestrorum beneficiorum id tribuendum putetis. quae tanta enim potest exsistere ubertas ingeni, quae tanta dicendi copia, quod tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos universa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo, liberis nostris parentes, nobis liberos, qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam rem publicam, qui patriam, qua nihil potest esse iucundius, qui denique nosmet ipsos nobis reddidistis. quod si parentes carissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est, si deos immortalis, quorum beneficio et haec tenuimus et ceteris rebus aucti sumus, si populum Romanum, cuius honoribus in amplissimo consilio et in altissimo gradu dignitatis atque in hac omnium terrarum arce conlocati sumus, si hunc ipsum ordinem, a quo saepe magnificentissimis decretis sumus honestati, immensum quiddam et infinitum est quod vobis debeamus, qui vestro singulari studio atque consensu parentum beneficia, deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me multa iudicia nobis uno tempore omnia reddidistis, ut, cum multa vobis, magna populo Romano, innumerabilia parentibus, omnia dis immortalibus debeamus, haec antea singula per illos habuerimus, nunc universa per vos reciperarimus.

2–4 (quaeso . . . putetis) *cf. Mamertinus, paneg. Lat. III (XI), 31, 3* quaeso obtestorque te ⟨ne⟩ meae id naturae potius quam magnitudini beneficiorum tuorum putes esse tribuendum

Inscr. M. TVLLI CICERONIS INCIPIT CVM SENATVI GRATIAS EGIT **PG**: ⟨INCIPIT CVM⟩ SENATVI GRATIAS EGIT *Schol.* : Incip(it) or(atio) M. T. Cicer(onis) cu(m) de reditu suo senatui gr(ati)as egit **E** : M. TVLLIVS GRATIAS AGIT SENATVI **H** : M. T. Cic(er)o in senatu(m) post reditu(m) **X** : Oratio Marci Tulii Ciceronis in senatu post reditu ab exilio i(n)c(ipit) **V** : M. Tullii Ciceronis oratio in senatu post reditum de exilio **F** : *om. ε*

4 id tribuendum **GEH** *cf. Mamert.* : adtribuendum **P** : attr- *ε***VF** || **6** quisque **H** | possit **PEH**G^2 : posset G^1 *ε***VF** | vestrum *ε***VF** || **7** ornando *ε***VF** || **10** qua . . . iucundius *om.* P^1 || **10. 11** nosmet ipsos nobis **PGH** : nobis nosmet ipsos **E** : nosmet ipsos *ε***V** || **12** iis P^2**G** : his P^1**EH** : hys *ε***V** || **15** omnium **PGEH** : omnium dignitatum *ε***V** || **16** ordinem ipsum **E** || **17** est et infinitum **G** || **18** debeamus] habeamus **H** : debemus ς *Lb.* || **20** cum **PGEH** : quo *ε***VF** || **22** quod haec P^2 *Lb.* || **23** reciperarimus P^1 : recu- P^2**G** : recuperaverimus **E** *ε* : recuperavimus **HV**

2 Itaque, patres conscripti, quod ne optandum quidem est homini, im-
3 mortalitatem quandam per vos esse adepti videmur. quod enim tempus
erit umquam cum vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama mo-
riatur? qui illo ipso tempore, cum vi, ferro, metu, minis obsessi tenere-
mini, non multo post discessum meum me universi revocavistis referente
L. Ninnio, fortissimo atque optimo viro, quem habuit ille pestifer annus
et maxime fidelem et minime timidum, si dimicare placuisset, defensorem
salutis meae. postea quam vobis decernendi potestas facta non est per
eum tribunum plebis qui, cum per se rem publicam lacerare non posset,
sub alieno scelere delituit, numquam de me siluistis, numquam meam sa-
4 lutem non ab iis consulibus qui vendiderant flagitavistis. itaque vestro
studio atque auctoritate perfectum est ut ipse ille annus, quem ego
mihi quam patriae malueram esse fatalem, octo tribunos haberet qui et
promulgarent de salute mea et ad vos saepe numero referrent. nam con-
sules modesti legumque metuentes impediebantur lege, non ea quae de
me, sed ea quae de ipsis lata erat, cum meus inimicus promulgavit ut, si
revixissent ii qui haec paene delerunt, tum ego redirem; quo facto utrum-
que confessus est, et se illorum vitam desiderare et magno in periculo
rem publicam futuram si, cum hostes atque interfectores rei publicae
revixissent, ego non revertissem. itaque illo ipso tamen anno cum ego
cessissem, princeps autem civitatis non legum praesidio sed parietum vi-
tam suam tueretur, res publica sine consulibus esset neque solum paren-
tibus perpetuis verum etiam tutoribus annuis esset orbata, sententias
dicere prohiberemini, caput meae proscriptionis recitaretur, numquam
3 5 dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere. postea vero
quam singulari et praestantissima virtute P. Lentuli consulis ex superioris
anni caligine et tenebris lucem in re publica Kalendis Ianuariis dispicere

1 nec H ‖ 3 cum PGE : quo H ε V ‖ 4 nimis E^1 ‖ 7 si PGEH : et si ε VF ‖ 8 potestas decernendi GE | facta non est ε VF : non est P^{1}GEH^1 : non est permissa H^{2}P^3 ‖ 10 delituit E^2 ε VF : deluit P^1 : delevit P^{2}GE^1 : diruit H ς ‖ 11 non *ante* numquam *transp.* H : *om.* ε V | iis (*prius* i *in ras.* P) PG : his EH : hys ε V | qui rem p. ε VF *fort. recte. cf. Pis. 15* : qui publicam *Kl., Praef. XXXI* | vendiderunt H ‖ 12 ut E ε V : *om.* PGH | ipse ille PGEV : ipso illo H : ille ε | annus E ε V : anno H : minus PG ‖ 13 octo ε V : hoc P : hos GE : cum H ‖ 15 ea *om.* GE ‖ 16 cum ... 20 revertissem *om.* H | quam ... promulgavit *Lb.* : cum ... promulgavisset *Ern.* ‖ 17 revixerit ε V | ii PG : hi E : vero ε V | paene haec ε V | facto P^{2}GE^2 ε V : fato P^{1}E^1 ‖ 19 si cum ε V : si eum F : sicut P^1 : si aut P^{2}GE | ostes P^1 | atque] aut G ‖ 20 ego^1 P^1 ε VF : aut ego P^{2}GE | itaque PGEH *cf. Schoenb.^{1} 1381* : atque ε VF | tamen *om.* H ‖ 21 cessissem P^{2}HE^2 ε V : gessissem P^{1}GE^1 | autem] huius E^1 ‖ 22 sine consulibus P^{2}GH : sine consule E : sinere ** p. sine consulibus P^1 ‖ 23 annuis (annuis* P) esset orbata PH ε V : annuis* ess;* orbata* (s *eras.*) E : annuisses sed orbatas G | ⟨vos⟩ sententias *vel* sententias ⟨vos⟩ *Lehmann 354* ‖ 25 salutem meam GE | cum *om.* G^1 | post H^1 ‖ 26 quam] qui (?) H^1 | quam ... p. 5, 1 coepistis] cum ... coepissetis *Spengel* ‖ 26 singulari virtute et praestantissima GE ‖ 27 caligine anni E | in re p.] rei p. G | dispicere P^1 : despicere ω : respicere ς

coepistis, cum Q. Metelli, nobilissimi hominis atque optimi viri, summa dignitas, cum praetorum, tribunorum plebis paene omnium virtus et fides rei publicae subvenisset, cum virtute, gloria, rebus gestis Cn. Pompeius omnium gentium, omnium saeculorum, omnis memoriae facile princeps tuto se venire in senatum arbitraretur, tantus vester consensus de salute mea fuit ut corpus abesset meum, dignitas iam in patriam revertisset.

Quo quidem mense quid inter me et meos inimicos interesset existimare 6
potuistis. ego meam salutem deserui, ne propter me civium vulneribus res publica cruentaretur; illi meum reditum non populi Romani suffragiis sed flumine sanguinis intercludendum putaverunt. itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus respondistis; nihil iudices sententiis, nihil populus suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declaravit; mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. quo 7
quidem tempore, cum is excessisset qui caedi et flammae vobis auctoribus restiterat, cum ferro et facibus homines tota urbe volitantis, magistratuum tecta impugnata, deorum templa inflammata, summi viri et clarissimi consulis fasces fractos, fortissimi atque optimi tribuni plebis sanctissimum corpus non tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectumque vidistis. qua strage non nulli permoti magistratus partim metu mortis, partim desperatione rei publicae paululum a mea causa recesserunt; reliqui fuerunt quos neque terror nec vis, nec spes nec metus, nec promissa nec minae, nec tela nec faces a vestra auctoritate, a populi Romani dignitate, a mea salute depellerent.

Princeps P. Lentulus, parens ac deus nostrae vitae, fortunae, memoriae, 4 8
nominis, hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putavit, si me mihi, si meis, si vobis, si rei publicae reddidisset. qui ut est designatus, numquam dubitavit sententiam de salute mea se et re publica dignam dicere. cum a tribuno plebis vetaretur, cum praeclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset, totam

1 cum . . . 3 subvenisset *post* 5 arbitraretur *transp.* **H** || 1 cum q. **HG**^{2}**P**^{3}**εV** : cumque **P**^{1}**G**^{1}**E** | optimi *om.* **εV** || 2 praetorum] preconum *ex* -corum **G**^{2} | plebis] l. **H** || 3 gloria *om.* **P**^{1} | cn. **GH** : gn. **PEεV** || 5 tutos evenire senatum **G**^{1} | arbitraretur **PGE**^{1}**H** : non arbitraretur **E**^{2}**εVF** | vester *ex* virorum **E**^{2} || 6 ut **P**^{1}**GEεV** : ut licet **HP**^{3}**ς** || 8 quid *ex* quod **H**^{2} || 10 redditum **G**^{1} || 13 populus **PGE**^{1}**H** : populus r. **E**^{2}**εV** | suffragiis *om.* **εV** || 15 vobis auctoribus **GEεV** : vobis auctoritatibus **P**: vestris auctoritatibus **H** || 16 volitantis **PG** : -es **EH** : volitarent **εVF** || 17 tegta **G**^{1} | oppugnata **P**^{3}**ς** || 18 clarissimi consulis **P**^{2}**HεV** : clarissimi viri consulis (-es **E**) **P**^{1}**GE** || 19 non **P**^{1}**GEH**^{1}**εV** : non solum **H**^{2}**P**^{3} || 21 mortis *ex* moras **G**^{2} | paulum **εV** || 25 deus **PGE**^{1}**H** *cf. Sest. 144* : decus **E**^{2}**εVF** || 26 indicium **ς** : iudicium **ω** || 27 si me mihi **PHεV** : me si mihi **E** : si me **G** || 28 mea *om.* **E**^{1} || 28, 29 se et **εV** : sed et **P** : et de **EHG**^{2} : de **G**^{1} || 29 diceret **G**^{1}**E** | cum^2 *om.* **εV** || 30 illud caput **εV** | discerneret **E**^{1} | ne^3] ne quis **G**

illam, ut ante dixi, proscriptionem non legem putavit, qua civis optime
de re publica meritus nominatim sine iudicio una cum senatu rei publicae
esset ereptus. ut vero iniit magistratum, non dicam: quid egit prius, sed
quid omnino egit aliud nisi ut me conservato vestram in posterum digni-
9 tatem auctoritatemque sanciret? di immortales, quantum mihi bene-
ficium dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus consul est! quanto
maius dedissetis si superiore anno fuisset! nec enim eguissem medicina
consulari, nisi consulari vulnere concidissem. audieram ex sapientissimo
homine atque optimo civi et viro, Q. Catulo, non saepe unum consulem
improbum, duo vero numquam post Romam conditam excepto illo Cin-
nano tempore fuisse. qua re meam causam semper fore firmissimam di-
cere solebat, dum vel unus in re publica consul esset. quod vere dixerat
si illud de duobus consulibus quod ante in re publica non fuerat perenne
ac proprium manere potuisset. quod si Q. Metellus illo tempore consul
fuisset [inimicus], dubitatis quo animo fuerit in me conservando futurus,
cum in restituendo auctorem fuisse adscriptoremque videatis?

10 Sed fuerunt duo consules quorum mentes angustae, humiles, parvae, oppletae tenebris ac sordibus nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperi nec intueri nec sustinere nec capere potuerunt, non consules, sed mercatores provinciarum ac venditores vestrae dignitatis. quorum alter a me Catilinam, amatorem suum, multis audientibus, alter Cethegum consobrinum reposcebat; qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam non consules sed latrones non modo deseruerunt in causa praesertim publica et consulari, sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio non solum suo sed etiam vestro ceterorumque ordinum spoliatum esse voluerunt.

5 11 Quorum alter tamen neque me neque quemquam fefellit. quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo cuius primum tempus aetatis palam

17 sed fuerunt . . . 22 reposcebat **X** || 27 quorum . . . fefellit **X** | quis . . . p. 7, 4 sustentavit **X**

1 illam causam P^3 | qua P^2**H**ε**V** : quia **PGE** || 3 inid P^1 | egit **PG**ε**V** : egerit **H**ς : *om.* **E** | prius] plus **G** || 5 sanciret **PG**ε**V** : sancci- **E** : sancti- **H** || 6 consul *om.* **H** | est **E**ε**V** : *om.* P^1**G**H^1 : praefuit H^2P^3 | quanto P^1**GE**ε**V** : quo quanto **H**P^3 || 7 maius] magis ε**V** || 10 duo P^1**G**E^1**H** : duos P^2E^2ε**V** | post romam conditam E^2ε**VF** *cf. § 24 p. 13, 2 sq.; har. resp. 12 p. 95, 16; Sest. 128; Vatin. 36; Kl.² 494* : *om.* **PG**E^1**H** | cynnano ε**V** : germano P^1 : cesonino **GE**P^3 : cesonini **H** : *om.* P^2 || 12 in] e *Sh. B. 262* | consul esset **P**E^2ε**V** : esset consul **H** : consul **G**E^1 | quod vere **PGEH** : quam vero ε**VF** || 12. 13 dixerit si illud **V** : dixit si illud ε || 13 de . . . consulibus *del. Ka. 409* | non *om.* ε**V** *Wolf* || 15 inimicus *del. Ha.* : non inimicus **H**P^3ς : ⟨etsi⟩ inimicus (?) *Pet., cf. § 25 p. 13, 14* | in me conservando fuerit **GE** || 17 fuerunt eo anno **X** | duo consules **EH** : ii consules P^2**G**ε**V** : hii consules P^1 : consules hii **X** | parv(a)e **G**ε *cf. Schoenb.¹ et ² 1382 et 645* : parvous (?) **V** : prav(a)e **PEHX** || 19 sustineri **P** || 20 sed *om.* **G** || 21 a *om.* P^1 || 22 reposcebat **PHX** : -bant **GE** : poscebat ε**V** || 24 desinuerunt E^1 || 27 quenque **H** || 28 habeat **E** | aetas E^1

fuisset ad omnium libidines divulgatum, qui ne a sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare? qui cum suam rem non minus strenue quam postea publicam confecisset, egestatem et luxuriem domestico lenocinio sustentavit, qui nisi in aram tribunatus confugisset, neque vim praetoris nec multitudinem creditorum nec bonorum proscriptionem effugere potuisset – quo in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset, profecto egestate et improbitate coactus piraticam ipse fecisset, ac minore quidem cum rei publicae detrimento quam quo intra moenia nefarius hostis praedoque versatus est –, quo inspectante ac sedente legem tribunus plebis tulit ne auspiciis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret, ut lex Aelia et Fufia ne valeret, quae nostri maiores certissima subsidia rei publicae contra tribunicios furores esse voluerunt. idemque 12 postea, cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, cumque adulescentes nobilissimi cunctique equites Romani se ad lenonis impudicissimi pedes abiecissent, quo vultu cincinnatus ganeo non solum civium lacrimas verum etiam patriae preces repudiavit! neque eo contentus fuit, sed etiam in contionem escendit eaque dixit quae, si eius vir Catilina revixisset, dicere non esset ausus, se Nonarum Decembrium, quae me consule fuissent, clivique Capitolini poenas ab equitibus Romanis esse repetiturum. neque solum id dixit, sed quos ei commodum fuit compellavit, Lucium vero Lamiam, equitem Romanum, praestanti dignitate hominem et saluti meae pro familiaritate, rei publicae pro fortunis suis amicissimum, consul imperiosus exire ex urbe iussit. et cum vos vestem mutandam censuissetis cunctique mutassetis atque idem omnes boni iam ante fecissent, ille unguentis oblitus cum toga praetexta, quam omnes praetores aedilesque tum abiecerant, inrisit squalorem vestrum et luctum gratissimae civitatis fecitque quod nemo umquam tyrannus, ut quo minus occulte vestrum malum gemeretis nihil intercederet, ne aperte incommoda patriae lugeretis ediceret. cum vero 6
13 in circo Flaminio non a tribuno plebis consul in contionem, sed a latrone

1 omnium **X**$E^2$$\varepsilon$**V** : omnes **PG**$E^1$**H** ‖ 3 publice **H** ‖ 4 luxuriem **PGX** : luxuriam **EH**ε**V** | lenonitio **X** : lenocio E^1 ‖ 5 creditorum . . . 6 proscriptionem *om.* **H** ‖ 5.6 creditorum nec *ex* critorum ne P^2 ‖ 6 quo $E^2$$\varepsilon$**V** : qui **PG**$E^1$**H** ‖ 8 cum *om.* **H** | 9 quo *Gar.* : quod ω ‖ 11 intercede H^1 ‖ 12 helia **H** | fufia **PGH** : fusia **E**ε**V** ‖ 14.15 sordidata ad eum ε**V** ‖ 16 abicissent **P** | cincinnatus **P** : cint- ε**V** : incincinnatus **GEH** ‖ 18 contentus eo ε**V** | contentionem **H** | escendit **P** *cf. Thes. Ling. Lat. 5. 2, 857, 24* : ascendit **GE**$H^2$$\varepsilon$**V** *cf. Kl.* : ascedit H^1 ‖ 20 me *om.* H^1 | clivi **H** ‖ 21 Romanis] r. **PH**ε**V** : p. r. **E** : p. **G** ‖ 22 lamiam $E^2$$\varepsilon$**V** : iam **PG**$E^1$**H** ‖ 23 dignitate **GE**$H^2$$\varepsilon$**V** : dignitate et **P** : et (?) dignitati H^1 ‖ 24 et r. p. ε**V** | sui **P**G^1 | ex ε**V** : *om.* **PGEH** ‖ 26 idem **PG**E^1**H** : hoc idem $E^2$$\varepsilon$**V** | ungentis **E** ‖ 28 spalorem G^1 ‖ 29 ut] et ε | gemetis H^1 ‖ 30 intercederet *ego* : indiceret ε**V** *cf. Bus. 1356* : diceret **PGEH** *Wolf* : interdiceret *Bus. ib.* : impediret *Mue.* : diceret ⟨impedire⟩ *Pet.* | ne . . . ediceret *om.* P^1 | ediceret P^2**GEH** : et diceret ε**V** | tum vero cum ε**V** ‖ 31 flammineo ε**V** | contentionem **H**

archipirata productus esset, primum processit qua auctoritate vir! vini, somni, stupri plenus, madenti coma, composito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce et temulenta, quod in civis indemnatos esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor vehementissime displicere. ubi nobis haec auctoritas tam diu tanta latuit? cur in lustris et helluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tam diu cessavit?

Nam ille alter, Caesoninus Calventius, ab adulescentia versatus est in foro, cum eum praeter simulatam fictamque tristitiam nulla res commendaret, non iuris ⟨notitia⟩ [studium], non dicendi vi⟨s, non scien⟩tia rei militaris, non cognoscendorum hominum ⟨studium⟩, non liberalitas. quem praeteriens cum incultum, horridum maestumque vidisses, etiam si agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum
14 non putares. cum hoc homine an cum stipite in foro constitisses nihil crederes interesse; sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum negotium, Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres. idem domi quam libidinosus, quam impurus, quam intemperans, non ianua receptis sed pseudothyro intromissis voluptatibus! cum vero etiam litteras studere incipit et beluus immanis cum Graeculis philosophari, tum est Epicureus, non penitus illi disciplinae, quaecumque est, deditus, sed captus uno verbo voluptatis. habet autem magistros non ex istis ineptis qui dies totos de officio ac de virtute disserunt, qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur, sed eos qui dispu-

5 ubi . . . 6 cessavit X || 15 idem . . . 17 voluptatibus X || 18 (beluus) *cf. Augustinus, GL V 520, 26* beluus, ut Cicero dixit (belluus ς)

1 primum] primum diceret E^2 || 4 esse P | dispicere G || 5 nobis PE^{1}HX : vobis GE^{2}εV | in lustris PGEHX : illustris εVF | et helluationibus PGE^{1}HX : etiam helluoni (-nis F) E^{2}εVF || 6 eximia] optinia ε || 7 c(a)esoninus PG^{2}E^{2}εV : cessoninus E^1 : cers- *vel* censoninus G^1 : cessonius H | calventicius εV | adulientia G^1 | est *om.* E^1 || 8 fictamque E^{2}F *cf. Clu. 72; Flacc. 93; ad Q. fr. 1, 1, 13; Kl.^{2} 494* : victamque εV : versutamque PG^2 : irritamque G^{1}E^{1}H || 9 non iuris . . . 10 liberalitas *om.* H | 9 iuris ⟨notitia⟩ *Kl.^{2} 495* : iuris E^{2}εVF : inconsulta P^1 c̄o̅s̄ : P^2 : cos. G : *om.* E^1 : iuris ⟨scientia⟩ *Mdv.^{2} 212* : consilium *Pet.* | studium *del. Lb.* | dicendi PεVF : discendi GE || 9. 10 vi⟨s, non scien⟩tia rei militaris] vis *Geertz, Mdv. ib.*, non scientia rei militaris *Lb.* (peritia *pro* scientia *Mdv. ib.*) : vitia rei (viciari E^1) militaris PGE^1 : non (*sil.* F) rei militaris E^{2}εVF || 10 studium *Lb.* || 11 cum *om.* εV | incultu non P | maestumque P^{2}εV : maestumve P^{1}GEH || 12 existimasses εV | peditum P^1 || 13 putares E^{2}εVF : putasti PH : putastis E^1 : dubitasti G | an] et H | stipite E^{2}εVF *cf. har. resp. 5 p. 92, 30; Pis. 19* : stipe P^1 : etiope P^2 : stipe vel ethiope G : vel aethiope stipe E^1 : esope H | si in H || 14 interesse sine *in ras.* H^2 | sine] si P^1 | elingue *Ern.* || 15 capadocem H | venarium H || 16 intemperas P^1 | ianua XE^{2}εV : inaua PGE^{1}H || 17 pseudothyro P^2 : -tiro X : psedothyro P^1 : pseudothyra E^2 (*sed sic*: falsa ianua pseudothyra *mg.*) : -tyra εV : *om.* GE^1 : porro H | intermissis H | litteras PG^{1}H *cf. Kl.^{3} 214* : litteris EG^{2}εV || 18 beluus immanis *om.* H | beluus *Aug., cf. Kl.^{3} 212* : veluus P^1 : heluus P^2 : belluus G : helluus E^1 : belua E^{2}εV | graecis E || 19 epicurus H^1 || 20 habet PGHE^{2}V : habeat E^1 : autem ε | autem PGEH : enim εVF || 21 de^2 *om.* εV

tent horam nullam vacuam voluptate esse debere, in omni parte corporis
semper oportere aliquod gaudium delectationemque versari. his utitur 15
quasi praefectis libidinum suarum, hi voluptates omnes vestigant atque
odorantur, hi sunt conditores instructoresque convivi, idem expendunt
atque aestimant voluptates sententiamque dicunt et iudicant quantum
cuique libidini tribuendum esse videatur. horum ille artibus eruditus
ita contempsit hanc prudentissimam civitatem ut omnis suas libidines,
omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum in
forum detulisset. is nequaquam me quidem [non] — cognoram enim 7
propter Pisonum adfinitatem quam longe hunc ab hoc genere cognatio
materna Transalpini sanguinis abstulisset —, sed vos populumque Romanum non consilio neque eloquentia, quod in multis saepe accidit, sed
rugis supercilioque decepit. Luci Piso, tune ausus es isto oculo, non 16
dicam isto animo, ista fronte, non vita, tanto supercilio, non enim possum dicere tantis rebus gestis, cum A. Gabinio consociare consilia pestis meae? non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis in eam cogitationem adducebat ut, cum illius re similis fuisses, frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret? cum hoc tu coire ausus es, ut consularem dignitatem, ut rei publicae statum, ut senatus auctoritatem, ut civis optime meriti fortunas provinciarum foedere addiceres? te consule, tuis edictis et imperiis senatui populi Romani non est licitum non modo sententiis atque auctoritate sua, sed ne luctu quidem ac vestitu rei publicae subvenire? Capuaene te putabas, in qua urbe domicilium quondam super- 17
biae fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore, an Romae, in qua civitate

13 L. Piso *Schol.* || 16 non te . . . 21 foedere adities X || 23 sed . . . subvenire *Schol.* || 24 Capuaene te putabas *Schol.*

1 vacua E | voluptati εV || 1.2 semper parte corporis G || 3 prefectus G || 5 existimant εV | vo|voluptates G || 7 pudentissimam ε | omnis *ex* onis P^2 || 9 is nequaquam me quidem *Mue.* : is me quamquam me quidem non P^1 : is me quamquam (quandam G) equidem non P^{2}GE^{1}H : sed me quamquam quidem minime (minime quidem F, *aut hoc aut illud* E^2) non E^{2}εVF : is quamquam me quidem minime *Kl.*^{2} *491* | cognoram GE^{1}H : cogno•rā (ā *in ras.*) P : cognoscatur E^{2}εVF | enim PG : eum H : a me iam E^{2}εVF : *om.* E^1 || 10 quam PGE^{1}H : quamquam E^{2}εVF | hunc PGE : hinc H : *om.* εV || 11 abstulisset *om.* E^1 || 12 sed GEH : set P : si εV || 13 superlicioque P^1 | luci piso PG : l. piso *Schol.* HE^{2}εV : lucipso E^1 || 14 tanto *om.* εVF || 15 tantis rebus gestis E^{2}εV : tantibus gestis P^1 : tantis gestis P^{2}GE^{1}H^2 : tantis reistis H^1 | a. PεV : *om.* GEH || 16 ungentorum E | anelitus G^1 : hanelitus H | fros P^1 || 17 calamistri notata P^{2}EHX : c. notanta P^1 : c. non otata εV : calamistri nc nota G | cogitationem] cognitionem H || 18 integumento XE^{2}εV : integi- PGE^{1}H || 19 hoc] autem E | tu XεVF : *om.* PGEH || 20 optimi P || 21 foedera H | addiceres] adities X || 22 populi r. PεV : populo r. GH : populoque r. E || 23 atque *om.* εVF | luctu *Schol.* PGE^{1}H : vultu E^{2}εVF || 24 capuane G^{1}E^1 | te *Schol.* PEH : te esse G : *om.* εV | putas *ex* pubas P^2 || 25 te esse εV | sicut . . . tempore *del. Gar.*

omnes ante vos consules senatui paruerunt? tu es ausus in circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum atque omnis bonos tum cum a patria pestem depulissem crudelis demonstrabas fuisse. tu misericors me, adfinem tuum, quem comitiis tuis praerogativae primum custodem feceras, quem Kalendis Ianuariis tertio loco sententiam rogaras, constrictum inimicis rei publicae tradidisti, tu meum generum, propinquum tuum, tu adfinem tuam, filiam meam, superbissimis et crudelissimis verbis a genibus tuis reppulisti; idemque tu clementia ac misericordia singulari, cum ego una cum re publica non tribunicio sed consulari ictu concidissem, tanto scelere tantaque intemperantia fuisti ut ne unam quidem horam interesse paterere inter meam pestem et tuam praedam, saltem dum conticisceret
18 illa lamentatio et gemitus urbis! nondum palam factum erat occidisse rem publicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur; uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat, bona ad vicinum consulem de Palatio, de Tusculano ad item vicinum alterum consulem deferebantur, cum isdem operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modo a bonis sed etiam a liberis atque inani foro, ignaro populo Romano quid ageretur, senatu vero oppresso et adflicto duobus impiis nefariisque consulibus aerarium, provinciae, legiones, imperia donabantur.

8 Horum consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis, summa tribunorum plebis praetorumque fide et diligentia sublevati.

19 Quid ego de praestantissimo viro, T. Annio, dicam, aut quis de tali cive satis digne umquam loquetur? qui cum videret sceleratum civem aut domesticum potius hostem, si legibus uti liceret, iudicio esse frangendum, sin ipsa iudicia vis impediret ac tolleret, audaciam virtute, furorem forti-

2 te misericordem . . . 4 verbo ceteros demonstrabas crudeles fuisse *Schol.* || 4 tu 7 . . . tuum constrictum inimicis tradidisti *Schol.* || 13 nondum . . . 14 rem p. *Schol.*

1 consoles **P**^{1} | flaminio **HG**^{2} : flamminio **V** : -no **ε** : flamineo **E**^{2} : -ni **PG**^{1}**E**^{1} || 2 pare **F** | te semper **PGEH** : semper te **εV** : te *Schol.* || 3 senatum . . . depulissem] ceteros *Schol.* | tum . . . depulissem *om.* **H** | depulissem **E**^{2}**εV** : depulissem *ex* depell- **V** : *om.* **PGE**^{1} || 4 crudelis **PGE** : -es *Schol.* **H** : crudelem **E**^{2}**εVF** | demonstrabas crudeles *Schol.* | quem . . . 6 rogaras *om. Schol.* || 5 tuis **E**^{2}**εVF** *cf. Pis. 11* : *om.* **PGE**^{1}**H** | feceras **E**^{2}**εV** *cf. Kl.*^{2} *493* : praeferas **PG**^{1}**E**^{1} : praefeceras **HG**^{2} || 6 rogaras **εV** : rogabas **PGEH** | inimicis *om.* **E**^{1} | rei p. *om. Schol.* || 9 idem **GE** || 10 rei p. **P**^{1} || 11 tamque **P** | una **εVF** | paterere **P**^{2}**H**^{2}**εV** : patere **P**^{1}**H**^{1} : patereris **GE** || 12 praedam tuam **εV** | saltem **P**^{2}**HE**^{2}**G**^{2}**εVF** : salutem **P**^{1}**G**^{1}**E**^{1} | dum] cum **ε** | conticisceret **PE** : conticesceret **GHV** : contisc- **ε** || 13 gemitus **PE**^{2}**εV** : gemitibus **GE**^{1}**H** | fuerat **εV** || 15 consulis **E**^{1} || 16 item ad **εV** || 17 hisdem **E** | operi **H** | latore **PGE**^{1}**H** : latere **E**^{2}**εVF** || 18 etiam *ex* et **H**^{2} || 21 fulsistis **PE**^{1}**H** : fulcistis **GE**^{2}**εV** || 22 plebis *om.* **H** | et] ac **ε** | sublevati **PGE**^{1}**H** : sublevastis **E**^{2}**εV** || 23 ego **PGEH** : ergo **εV** || 24 vel satis **εV** | loquitur **E** | cum **PGE**^{1}**H** : cum milonem **E**^{2}**εVF** | sceleratum civem videret (-ere **ε**) **εVF** || 26 sin **PE**^{2}**εV** : ni *vel* in **H** : *om.* **GE**^{1} | fortitudine **P**^{2}**GEH** : -em **P**^{1}**εV**

tudine, temeritatem consilio, manum copiis, vim vi esse superandam, primo de vi postulavit; postea quam ab eodem iudicia sublata esse vidit, ne ille omnia vi posset efficere curavit; qui docuit neque tecta neque templa neque forum nec curiam sine summa virtute ac maximis opibus et copiis ab intestino latrocinio posse defendi; qui primus post meum discessum metum bonis, spem audacibus, timorem huic ordini, servitutem depulit civitati.

Quam rationem pari virtute, animo, fide P. Sestius secutus pro mea 20
salute, pro vestra auctoritate, pro statu civitatis nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitae discrimen vitandum umquam putavit; qui causam senatus exagitatam contionibus improborum sic sua diligentia multitudini commendavit ut nihil tam populare quam vestrum nomen, nihil tam omnibus carum aliquando quam vestra auctoritas videretur; qui me cum omnibus rebus quibus tribunus plebis potuit defendit, tum reliquis officiis iuxta ac si meus frater esset sustentavit; cuius ego clientibus, libertis, familia, copiis, litteris ita sum sustentatus ut meae calamitatis non adiutor solum, verum etiam socius videretur.

Iam ceterorum officia ⟨ac⟩ studia vidistis, quam cupidus mei C. Cesti- 21
lius, quam studiosus vestri, quam non varius fuerit in causa. quid M. Cispius? cui ego ipsi, parenti fratrique eius sentio quantum debeam; qui, cum a me voluntas eorum in privato iudicio esset offensa, publici mei benefici memoria privatam offensionem oblitteraverunt. iam T. Fadius, qui mihi quaestor fuit, M. Curtius, cuius ego patri quaestor fui, studio, amore, animo huic necessitudini non defuerunt. multa de me C. Messius et amicitiae et rei publicae causa dixit, legem separatim initio de salute mea
promulgavit. Q. Fabricius si, quae de me agere conatus est, ea contra 22
vim et ferrum perficere potuisset, mense Ianuario nostrum statum reciperassemus; quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas vestra revocavit.

1 copiis **GEεVF** : coiis **P¹** : co^{e}iis **P²** : manu **H** || 2 de vi] die **G** | postulabat **εV** || 4 nec **PGHV** : neque **Eε** || 6 metum bonis **PGH** : cum bonis **E¹** : bonis metum **E²εVF** | spem **E²εVF** : set **P¹** : et **P²GE¹H** | huic *ex* uic **P²** || 8 secutus **PGE¹H** : secutus est **E²εV** || 9 nostra **εV** || 10 vitae *om.* **H** || 11 contionibus **PGH** : *alterum* contionibus *ante* contionibus *eras. in* **E** : cogitationibus **εVF** || 12 multitudine **E¹** || 16 ego *om.* **G** | sum *om.* **P¹** || 18 cetera **H** | ac *add. Ha., cf. Flacc. 52* | studia *del. Kays.* : studiaque *ς* | videtis **εV** | cestillius **GE** || 19 m. cispius **εV** *cf. Sest. 76; Planc. 75* : mospius **PH** : m. ospius **GE** || 21 a me **PεV** : mea **G** : ea **E**: mihi **H** | publicis meis beneficiis **E** || 22 oblitteraverunt **P²H** : oblite- **P¹GE** : oblita- **εV** | fadius **PHεV** : eadius **E** : adius **G** || 23 patri questor **EHG²** : p. quaest∗or **P** : p. testor **G¹** : questor pari **εVF** || 24 multa . . . 26 promulgavit *om.* **H** || 24 c. **PGE** : cō̄ **εVF** || 25 separatim *edd.* : separatam **ε** : sepatam **V** : speratim **P** : speciatim **GE** || 27 nostrum **PGEH** : vestrum **εVF** | reciperassemus *edd.* : recipir- **P** : recuper- **GE¹** : reciperassem **H¹** : recu- **H²** : recuperasset **E²** : -asset si **εV** : -asse si **F** || 29 vestra **PEH** : nostra **GεV**

9 Iam vero praetores quo animo in me fuerint vos existimare potuistis, cum L. Caecilius privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare, publice promulgarit de mea salute cum collegis paene omnibus, direptoribus autem bonorum meorum in ius adeundi potestatem non fecerit. M. autem Calidius statim designatus sententia sua quam esset cara sibi mea salus
23 declaravit. omnia officia C. Septimi, Q. Valeri, P. Crassi, Sex. Quintili, C. Cornuti summa et in me et in rem publicam constiterunt.

Quae cum libenter commemoro, tum non invitus non nullorum in me nefarie commissa praetereo. non est mei temporis iniurias meminisse, quas ego etiam si ulcisci possem, tamen oblivisci mallem. alio transferenda mea tota vita est, ut bene de me meritis referam gratiam, amicitias igni perspectas tuear, cum apertis hostibus bellum geram, timidis amicis ignoscam, proditores non indicem, dolorem profectionis meae
24 reditus dignitate consoler. quod si mihi nullum aliud esset officium in omni vita reliquum nisi ut erga duces ipsos et principes atque auctores salutis meae satis gratus iudicarer, tamen exiguum reliquae vitae tempus non modo ad referendam verum etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem.

Quando enim ego huic homini ac liberis eius, quando omnes mei gratiam referent? quae memoria, quae vis ingeni, quae magnitudo observantiae tot tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus adflicto et iacenti consularem fidem dextramque porrexit, qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem vocavit, qui tanto amore in me, studio in rem publicam fuit ut excogitaret quem ad modum calamitatem meam non modo levaret sed etiam honestaret. quid enim magnificentius, quid praeclarius mihi accidere potuit quam quod illo referente vos decrevistis ut cuncti ex omni Italia qui rem publicam sal-

2 copiis omnibus **εV** | sustentare **PGE^{1}H** : -ari **E^{2}εV** || 3 promulgarit **PEH** : -avit **Gε** : -averit **V** | de] pro **εV** | cum *om.* **εV** || 4 autem^1 **PGH** : aut **E^{2}εV** : enim **E^1** | autem^2 *ex* hoc **E^2** || 5 cara sibi mea **PεV** : sibi cara mea **GH** : sibi mea cara **E** || 7 in^2 *om.* **G** | re p. **G** | constituerunt **εV** || 8 commemoro tum **P^{3}GEεV** : commemoratum **P^1** : commemorata **H** | non invitus **GEεV** : non inventus **P** : nominentur **H** || 10 etiam *om.* **G** | allio **P^1** | transferendo **εVF** || 11 tota mea **G** | amicitias . . . 12 tuear *om.* **GE^{1}H** | amicitias **P^{1}εV** : amicitia **P^2** || 12 igni **P^1** : segni **P^2** : digne **E^{2}εV** : dignas **F** | perspectas **E^{2}εF** : perspectu **P^1** : -ta **P^2** : prospectas **V** | tuear **E^{2}εVF** : tuen **P^1** : tunc **P^2** | hostilibus **E^1** | gerat **P^1** || 13 non indicem ω *Court.^{1} 95, Sh. B. 262* : indicem ς *Pet., cf. Mack 46* : convincam *Mue.* | dolerem **P** | n *post* meae *sscr.* **P^2** || 14 consolarer *ex* consolere **P^2** || 13.14 proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meae, defensores reditus dignitate consoler (*ex* -or **G^2**) **G** || 14 quod mihi si nullum esset aliud **εV** || 15 actores **P** || 16 iudicer **E^1** : iudicaret **G^1** | reliquum **εVF** || 17 ad ferendam **εV** : affer- **F** || 19 ego *om.* **G** || 23 vocavit **PG^{1}EH** : revocavit **G^{2}εV** | qui tanto **P^{2}E^2** *item* **εV** *sed hoc ordine verborum* qui in me tanto amore : qui ante **P^1** : quanto **GE^{1}H** || 24 re p. **G** || 26 magnificentus **G^1** || 27 referente **εVF** : rente **P** : petente **GEH** | decrevitis **P**

vam vellent ad me unum, hominem fractum et prope dissipatum, restituendum et defendendum venirent, ut, qua voce ter omnino post Romam conditam consul usus esset pro universa re publica apud eos solum qui eius vocem exaudire possent, eadem voce senatus omnis ex omnibus agris atque oppidis civis totamque Italiam ad unius salutem defendendam ex- **10**
citaret? quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere quam hoc, sena- **25**
tum iudicasse qui civis me non defendisset eum rem publicam salvam noluisse? itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia consulis dignitas valuit ut dedecus et flagitium se committere putaret, si qui non veniret.

Idemque consul, cum illa incredibilis multitudo Romam et paene Italia ipsa venisset, vos frequentissimos in Capitolium convocavit. quo tempore quantam vim naturae bonitas haberet et vera nobilitas intellegere potuistis. nam Q. Metellus, et inimicus et frater inimici, perspecta vestra voluntate omnia privata odia deposuit; quem P. Servilius, vir cum clarissimus tum vero optimus mihique amicissimus, et auctoritatis et orationis suae divina quadam gravitate ad sui generis communisque sanguinis facta virtutesque revocavit, ut haberet in consilio et fratrem [ab inferis], socium rerum mearum, et omnis Metellos, praestantissimos civis, paene ex Acherunte excitatos, in quibus Numidicum illum Metellum, cuius quondam de patria discessus honestus omnibus sane, luctuosus tamen visus est. itaque exstitit non modo salutis defensor, qui ante hoc summum **26**
beneficium fuerat inimicus, verum etiam adscriptor dignitatis meae. quo

1 restuendum **P**^{1} || 2 et defendendum *om.* **εVF** | ut] et **ε** | ter omnino **E**^{2}**εVF** : teromanino **PG** : *om.* **E**^{1} : te romule **H** || 3 consule **H** | usus esset **P**^{2}**EH** : unus esset **G** : visus esset **εVF** : visus est et **P**^{1} || 4 omnis ex **εVF** : *om.* **PGEH** || 5 exitaret **G**^{1} || 6 ego **PHεV** : ergo **GE** | relinguere **G**^{1} | hunc **εVF** || 8 consulis **P**^{2}**GHεV** : consilis **P**^{1} : consulum **E** | dignitas **EHG**^{2}**εV** : diutas **P**^{1}**G**^{1} : diuitas **P**^{2} || 9 dedecus et **εVF** : dedecus **E**^{2} : deus **P** : reus **GE**^{1} : omnis **H** | veneret **P**^{1} || 11 roma **G** || 12 ipsa *bis* **G** : ipsam **εV** | revocavit **εV** || 13 habet **εVF** | et **GEεV** : ut **P**^{1} : aut **P**^{2}**H** || 14 nam q. **HE**^{2}**G**^{2} : namque **PG**^{1}**E**^{1}**εV** | et^1 *om.* **εVF** || 15 quem **PHE**^{2}**εV** : queme **G**^{1} : quome **G**^{2} : quin* **E**^{1} | p. **HE**^{2}**εV** : *** p. (rem *eras.*) **P** : *om.* **GE**^{1} | vir cum **PGE**^{1}**H** : vir tum **E**^{2} : cum vir **εV** || 16 tum . . . amicissimus *bis* **P**^{1} || 18 ab inferis *del. Lb.* || 20 acherunte **G**^{1}**EV** : acheronte **PHG**^{2}**ε** | numidium **E** | Metellum *del. Man., sed cf. Sest. 130* | cui **G** || 21 quodam **P**^{1} | honestus **E**^{1} : honestis **PGH** : molestus **E**^{2}**εVF** *sed non est gravius quiddam* molestus *quam* luctuosus. *cf. Mdv.*^{2} *213, Court.*^{3} *15. inde voces* molestus - luctuosus *loco motas inter se permutandas esse monuit me Sh. B.*: honestus ⟨bonis⟩ *Ha. cf. Sest. 27 et 53* | sane **GE**^{1} : ne **P**^{1} : in **P**^{2} : ipsi ne **E**^{2}**εVF** : *om.* **H** : sed *Ha.* | tamen *Ha.* : tandem **PGE**^{1}**H** : quidem **E**^{2}**εVF** || 21.22 est visus **εVF** || 22 extitit **E**^{2}**εV** : dimittit **PGE**^{1}**H** : idem extitit *Kl.*^{3} *488* : divinitus extitit *Mue.* : dimit⟨tens iram suam rei p. exti⟩tit *Syd.*^{2} *168, cf. Caes., b. c. 1, 8, 3* | salutis **HE**^{2}**εV** : salute **E**^{1} : salutem **PG** | hys (= is) qui **εV** | summum *Kl.*^{3} *488* : suum **E**^{2}**εVF** : unum **PGE**^{1}**H** : unicum *Ha., cf. Landgraf, Rosc. Amer. 41, p. 99* : divinum *Koch 12* : novum *Mue.* || 23 fuerat **P**^{2}**HE**^{2}**εV** : fueram **P**^{1}**G** : fuera **E**^{1} | qua **G**

quidem die cum vos quadringenti decem septem essetis, magistratus autem omnes adessent, dissensit unus, is qui sua lege coniuratos etiam ab inferis excitandos putarat. atque illo die cum rem publicam meis consiliis conservatam gravissimis verbis et plurimis iudicassetis, idem consul curavit ut eadem a principibus civitatis in contione postero die dicerentur, cum quidem ipse egit ornatissime meam causam perfecitque astante atque audiente Italia tota ut nemo cuiusquam conducti aut perditi vocem acerbam atque inimicam bonis posset audire.

11
27 Ad haec non modo adiumenta salutis sed etiam ornamenta dignitatis meae reliqua vos idem addidistis: decrevistis ne quis ulla ratione rem impediret; qui id impedisset, vos graviter molesteque laturos; illum contra rem publicam salutemque bonorum concordiamque civium facturum, et ut ad vos de eo statim referretur; meque, etiam si diutius calumniarentur, redire iussistis. quid? ut agerentur gratiae qui e municipiis venissent? quid? ut ad illam diem, res cum redissent, rogarentur ut pari studio convenirent? quid denique ille dies, quem P. Lentulus mihi fratrique meo liberisque nostris natalem constituit non modo ad nostram verum etiam ad sempiterni memoriam temporis? quo die nos comitiis centuriatis, quae maxime maiores comitia iusta dici haberique voluerunt, arcessivit in patriam, ut eaedem centuriae quae me consulem fecerant consulatum
28 meum comprobarent; quo die quis civis fuit qui fas esse putaret, quacumque aut aetate aut valetudine esset, non se de salute mea sententiam ferre? quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italiae totius ordinumque omnium, quando illa dignitate rogatores, diribitores custodesque vidistis? itaque P. Lentuli beneficio excellenti atque divino

18 quo die . . . 21 comprobarent **X**

1 cum . . . 16 dies *om.* **H** | vos **E^2εVF** : *om.* **PGE^1** | quadrigenti decem septem **P^2** : quadringenti XVII **E^2** : CCCCXVII **εVF** : quadrigenti decem matem **P^1** : quadringenti ·X·S· (r. senatores *sscr.* **G^2**) **G** : quadringenti ex senatu **E^1** || 2 autem] hi **E^1** | omnes *om.* **εVF** | dissensit *ex* de senatu **E^2** | is *om.* **G^1** || 3 exitandos **G** | putaret **P^1** | adque **P^1** | cum **εV** : quod **PGE** || 7 nemo **P^2E^2εV** : mo **P^1** : mo* **E^1** : mox **G** || 8 acervam **P** || 9 etiam *om.* **εV** || 10 ne quis ulla **P^2GεV** : ne qui ulla **E** : neque sulla **P^1** || 11 qui id **GE** : quid **P^1** : qui **P^2F** : *deest* **εV** | vos **E^2εVF** : *om.* **PGE^1** | gratiter **P^1** | illum **GεV** : illos **PE** || 13 de eo **E^2G^2εVF** : eo **PG^1** : et **E^1** | me quae **P^1** | etiam si *om.* **E^1** || 14 reddire **P^1** | qui **P** | ut ⟨iis⟩ *Lb.* | ageretur **G^1** || 15 quid **εV** : qui **PGE** | ut[1] **PGE** : aut **εV** || 16 ille dies **εVF** *cf. Pis. 87–88* : ille dies (s *fort. sscr.* **E^2**) **E** : illo die **PG** : ⟨de⟩ illo die *Wuį.* | P.] rem p. **P** || 18 ad *om.* **E** | quo die *om.* **H** || 19 quae . . . voluerunt *om.* **H** | que *ex* quae **P^2** | haberique **PXG^2εV** : habereque **E** : haberi **G^1** | accersivit **E^2** || 20 heaedem **H^1** || 21 quo die] *aut* eo die *aut del. Mdv.² 213* | fas esse **E^2H^2εV** : fasse **P** : fas **GE^1** : nefas esse **H^1** || 22 se *om.* **εV** *fort. recte* || 24 quando] quod **F** | ulla *ex* illa **H^2** | tot rogatores **H^2** | diribitores *edd.* : dirivitores **P^1** : dirivictores **P^2** : dirivatores **GE^1** : direptores **E^2εVF** : *om.* **H** || 25 beneficio *ex* ficio **G^2**

non reducti sumus in patriam sicut non nulli clarissimi cives, sed equis insignibus et curru aurato reportati.

Possum ego satis in Cn. Pompeium umquam gratus videri? qui non 29
solum apud vos, qui omnes idem sentiebatis, sed etiam apud universum populum salutem populi Romani et conservatam per me et coniunctam esse cum mea dixerit, qui causam meam prudentibus commendarit, imperitos edocuerit eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit, bonos excitarit, qui populum Romanum pro me tamquam pro fratre aut pro parente non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit, qui cum ipse propter metum dimicationis et sanguinis domo se teneret, iam a superioribus tribunis petierit ut de salute mea et promulgarent et referrent, qui in colonia nuper constituta cum ipse gereret magistratum, in qua nemo erat emptus intercessor, vim et crudelitatem privilegi auctoritate honestissimorum hominum et publicis litteris consignarit principesque Italiae totius praesidium ad meam salutem implorandum putarit, qui cum ipse mihi semper amicissimus fuisset, etiam ut suos necessarios mihi amicos redderet elaborarit.

Quibus autem officiis T. Anni beneficia remunerabor? cuius omnis 12 30
ratio, cogitatio, totus denique tribunatus nihil aliud fuit nisi constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meae. quid de P. Sestio loquar? qui suam erga me benivolentiam et fidem non solum animi dolore sed etiam corporis vulneribus ostendit.

Vobis vero, patres conscripti, singulis et egi et agam gratias; universis egi initio, quantum potui, satis ornate agere nullo modo possum. et quamquam sunt in me praecipua merita multorum, quae sileri nullo modo possunt, tamen huius temporis ac timoris mei non est conari commemorare beneficia in me singulorum; nam difficile est non aliquem, nefas quemquam praeterire. ego vos universos, patres conscripti, deorum numero colere debeo. sed ut in ipsis dis immortalibus non semper eosdem

1 non solum **H** | sicut . . . cives *om.* **H** | sicut **GE** : ita ut **εVF** : ut **P**^{2} : *om.* **P**^{1} || 2 aurato *ex* aucto **E**^{2} || 3 cn. **GEεV** : gn. **PH** | umquam] quam **H** || 4 qui *om.* **E**^{1} | omnes *om.* **H** | apud *om.* **εVF** | universam **εVF** || 5 populum **PGEH** : p. r. **εV** : r. **F** || 6 cum mea dixerit **H** : cum me adixerit **F**: cum me addixerit **E**^{2} **εV** : dixerit cum mea dixerit **P** : dixerit cum mea (ea **E**^{1}) **GE**^{1} || 7 eddocuerit **P**^{1} : edocuit **G**^{1} || 9 pro *om.* **GE** | qui . . . 15 putarit *om.* **H** | cum **E**^{2}**εV** : *om.* **PGE**^{1} || 10 metum **PGE** : meum **εVF** | iam **PG** : etiam **EεV** | a *om.* **P**^{1} || 11 et^1 *om.* **εV** || 12 qua] quo **εV** || 13 intercessorum **G** || 14 consignarit *Lb.* : -avit **ω** || 15 implorandam **GE** | putarit *Lb.* : -avit **ω** || 16.17 amicos mihi **εV** || 17 elaborarit *Lb.* : -avit **ω** || 18 autem **PHE**^{2}**εV** : hoc **G** : haec **E**^{1} | remunerabor **PGεV** : -abo **EH** || 19 cogitatioque **εV** | fuit *ex* fit **E**^{2} | constant **P**^{1} || 20 invicta fortis **εV** | ** p. (re *eras.*) **P** || 21 benebolentiam **P** || 23 gratiam **F** || 24 initio **PGE**^{1}**H**^{1} : ab initio **E**^{2}**εVF** : in initio **H**^{2} | et . . . 26 possunt *om.* **E**^{1} || 25 sileri **P**^{2}**HεV** : silere **P**^{1}**G** : ? **E**^{2} || 25.26 non possunt ullo modo **E**^{2} || 27 singula **G** | nam **PGEH** : iam **εV** | nefas **PGE**^{1}**H** : nec fas **E**^{2}**εV** || 29 immortalibus **EHG**^{2}**εV** : immortalis **PG**^{1}

atque alias alios solemus et venerari et precari, sic in hominibus de me divinitus meritis omnis erit aetas mihi ad eorum erga me merita praedi-
31 canda atque recolenda. hodierno autem die nominatim a me magistratibus statui gratias esse agendas et de privatis uni qui pro salute mea municipia coloniasque adisset, populum Romanum supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam quam vos secuti mihi dignitatem meam reddidistis. vos me florentem semper ornastis, laborantem mutatione vestis et prope luctu vestro, quoad licuit, defendistis. nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant; in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta qui mea pericula non modo suo praesidio sed etiam vestra deprecatione nudarunt.

32 Quibus ego rebus obiectis, cum mihi privato confligendum viderem cum eodem exercitu quem consul non armis sed vestra auctoritate supera-
13 ram, multa mecum ipse reputavi. dixerat in contione consul se clivi Capitolini poenas ab equitibus Romanis repetiturum; nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur; aditus templorum erant non solum praesidiis et manu verum etiam demolitione sublati. alter consul, ut me et rem publicam non modo desereret sed etiam hostibus rei publicae proderet, pactionibus eos suorum praemiorum obligarat. erat alius ad portas cum imperio in multos annos magnoque exercitu, quem ego inimicum
33 mihi fuisse non dico, tacuisse, cum diceretur esse inimicus, scio. duae partes esse in re publica cum putarentur, altera me deposcere propter inimicitias, altera timide defendere propter suspicionem caedis putabatur. qui autem me deposcere videbantur in hoc auxerunt dimicationis metum quod numquam infitiando suspicionem hominum curamque minuerunt. qua re cum viderem senatum ducibus orbatum, me a magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum, servos simulatione collegiorum nominatim esse conscriptos, copias omnis Catilinae paene isdem ducibus ad spem caedis et incendiorum esse revocatas,

1 hominibus **E**^{2} *ε***V** : honoribus **PE**^{1}**HG**^{2} : *?* **G**^{1} || 2 omnis *om.* **GE**^{1} | erat *ε***V** | mihi *om.* **G** | eorum] deorum **H** || 3 autem] enim **E** || 4 statim *ε***V** || 5 romanum **PE**^{2}*ε***V** : *om.* **GE**^{1}**H** || 6 meam dignitatem *ε***V** || 7 ornastis **HE**^{2}**G**^{2}*ε***V** : ornatis **PG**^{1} : ornamentis **E**^{1} || 8 luctu* **H** : lucto **V** | quoad licuit **PHE**^{2}*ε***V** : quoad (quoat **G**^{1}) libuit **G**^{2} : quo ablibuit **E**^{1} || 9 mutare *ex* multare **P**^{2} || 10 mutata veste **G** | quoat **G**^{1} | meum periculum *ε***V** || 11 precatione *ε***V** || 12 obiectis **PEH** : abiectis **G***ε***V** | cum **PGEH** : non *ε***VF** || 13 exercitu eodem *ε***V** || 15 compellebantur **G**^{1} || 16 alii relegabantur *om.* **H** | relegabantur **PG**^{1}**E** : -geb- **G**^{2}*ε***V** | templorum **P**^{2}**GEH** : temporum **P**^{1}*ε***V** || 17 praesidiis **PGE**^{1}**H** : praedatione **E**^{2}*ε***VF** || 18 desereret non modo **G** | desererent *ε***V** || 19 proderet **PEHG**^{2} : -rent *ε***V** : perderet **G**^{1} | eos *scil.* hostes rei p. || 20 quem **PGEH** : quoniam *ε***V** | inimici *ε* || 21 esse **EH***ε***V** : esset **PG** | duae . . . 26 qua re *om.* **H** | duae **P** : duas **GE***ε***VF** || 22 putarentur **P** : putaretur **GE***ε***V** || 23 alter **P**^{2} | defendere timide *ε***V** || 24 autem] enim **E** | videbantur **PGE** : dicebantur *ε***VF** | in **PGE** : *om.* *ε***V** : ii *Ha.* | hoc] autem **G** || 27 relictum *ε***V** | servos . . . 29 revocatas *om.* **H** || 28 nominatim] vicatim *Court.*^{1} *96* || 29 idem **P**^{1}

equites Romanos proscriptionis, municipia vastitatis, omnis caedis metu
esse permotos, potui, potui, patres conscripti, multis auctoribus fortissi-
mis viris me vi armisque defendere, nec mihi ipsi ille animus idem meus
vobis non incognitus defuit. sed videbam, si vicissem praesentem ad-
versarium, nimium multos mihi alios esse vincendos; si victus essem, mul-
tis bonis et pro me et mecum etiam post me esse pereundum, tribuniciique
sanguinis ultores esse praesentis, meae mortis poenas iudicio et posteri- 14
tati reservari. nolui, cum consul communem salutem sine ferro defen- 34
dissem, meam privatus armis defendere, bonosque viros lugere malui
meas fortunas quam suis desperare. ac si solus essem interfectus, mihi
turpe, si cum multis, rei publicae funestum fore videbatur. quod si mihi
aeternam esse aerumnam propositam arbitrarer, morte me ipse potius
quam sempiterno dolore multassem. sed cum viderem me non diutius
quam ipsam rem publicam ex hac urbe afuturum, neque ego illa extermi-
nata mihi remanendum putavi, et illa simul atque revocata est me secum
pariter reportavit. mecum leges, mecum quaestiones, mecum iura ma-
gistratuum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam
frugum ubertas, mecum deorum et hominum sanctitates omnes et reli-
giones afuerunt. quae si semper abessent, magis vestras fortunas lugerem
quam desiderarem meas; sin aliquando revocarentur, intellegebam mihi
cum illis una esse redeundum. cuius mei sensus certissimus testis est hic 35
idem qui custos capitis fuit, Cn. Plancius, qui omnibus provincialibus
ornamentis commodisque depositis totam suam quaesturam in me sus-
tentando et conservando conlocavit. qui si mihi quaestor imperatori
fuisset, in fili loco fuisset; nunc certe erit in parentis, cum fuerit quaestor
non imperi sed doloris mei.

Quapropter, patres conscripti, quoniam in rem publicam sum pariter 36
cum re publica restitutus, non modo in ea defendenda nihil minuam de

1 municipia *om.* **H** | omnis *om.* **H** || 2 potui potui **P** : potui *ω* | auctoritatibus **H**^{1} || 3 atque armis **G** | ipsi *Heu.* : ipse *ω* || 4 vobis *om.* **εVF** || 5 alios michi **εV** | vicendos **P** | si **PGEH** : sic **V** : qui **ε** || 6 et pro . . . post me] propter me, et mecum et etiam post me *Ka. 410* | pro **PGEH** : prope **εV** : proque **F** | tribuniciique **P**^{2}**HE**^{2}**εV** : tribunicii qui **P**^{1}**GE**^{1} || 7 esse in **G** | praesentis meae **PGEH** : praestantissim(a)e **εVF** | iudicio posteritatis *Ka. 410, cf. Wolf* || 8 voluì **E** || 9 defendere nolui **H** || 10 ac **PεV** : at **GEH** || 11 functum **εV** || 12 morte me ipse **PGH** : mortem et ipse **E** : morte mei ipsius **εVF** || 14 afuturum **P** : aff- **G**^{1}**EεV** : abf- **HG**^{2} | ego **PGE**^{1}**H** : ergo **E**^{2}**εV** || 15 remanendum **PGE**^{1}**H** : remanendum esse amplius **E**^{2}**εV** : remanendum amplius **F** | putavi . . . atque **PGEH** : quia simul illa atque **εF** : simul illa atque **V** | est *om.* **P** || 16 reportavit **PGE**^{1}**H** : revocavit **E**^{2}**εVF** || 18 et hominum *bis* **G**^{1} | sanctitas omnis **εV** || 19 afuerunt **P** : aff- **G**^{1}**EH**^{1}**εV** : abf- **H**^{2}**G**^{2} || 20 meas **GEH**^{2}**εV** : meas** **P** : meis **H**^{1} || 22 plancus **εV** || 23 sustendo **P**^{1} || 25 fuisset^2] esset **εV** | paren*i*tis **P** | cum] qui **ε** | quaestor] particeps *Wolf, sed cf. Kl.* || 26 imperiis **P**^{1} || 27 re p. **GE** || 28 cum *om.* **ε** | rem p. **ε** | constitutus **εVF** | minuam **PGE**^{1}**H** : imminuam **E**^{2}**εVF**

15 libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. etenim si eam tum defendebam cum mihi aliquid illa debebat, quid nunc me facere oportet cum ego illi plurimum debeo? nam quid est quod animum meum frangere aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatem non modo nullius delicti, sed etiam duorum in rem publicam beneficiorum testem esse videatis? nam et importata est quia defenderam civitatem, et mea voluntate suscepta est, ne a me defensa res publica per eundem me extremum in discrimen vocaretur.

37 Pro me non ut pro Publio Popilio, nobilissimo homine, adulescentes filii, non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata, non ut pro Q. Metello, summo et clarissimo viro, spectata iam adulescentia filius, non L. et C. Metelli consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non Luculli, Servilii, Scipiones, Metellarum filii flentes ac sordidati populo Romano supplicaverunt, sed unus frater, qui in me pietate filius, consiliis parens, amore, ut erat, frater inventus est, squalore et lacrimis et cotidianis precibus desiderium mei nominis renovari et rerum gestarum memoriam usurpari coegit. qui cum statuisset, nisi me per vos reciperasset, eandem subire fortunam atque idem sibi domicilium et vitae et mortis deposcere, tamen numquam nec magnitudinem negoti nec solitudinem suam nec vim inimicorum ac
38 tela pertimuit. alter fuit propugnator mearum fortunarum et defensor adsiduus summa virtute et pietate C. Piso gener, qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias adfinis mei, propinqui sui, consulis, qui Pontum et Bithyniam quaestor prae mea salute neglexit. nihil umquam senatus de P. Popilio decrevit, numquam in hoc ordine de Q. Metello mentio facta est; tribuniciis sunt illi rogationibus interfectis inimicis denique restituti, cum alter eorum senatui paruisset, alter vim caedemque fugisset. nam C. quidem Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis tempestate civili expulsus est, non modo a senatu non est resti-

1 etenim . . . 3 debeo *om.* **G** | etenim si **P**^{2}**H**ε**V** : etnim si **P**^{1}: etsi **E** | tum] tantum **E** || 2 mihi *om.* **H** | me nunc **E** || 3 debeo **P**^{2}**E**ε**V** : debo **P**^{1} : debeam **H** || 4 dilicti **H**^{1} || 5 duorum **E**^{2}ε**VF** *cf. Kl.*^{2} *489* : divinorum **PGE**^{1}**H** : binorum *Mdv.*^{2} *213* | rem. p. **PH** : re p. **GE**ε**V** | esse *om.* ε**V** || 6 et^1 **E**^{2}ε**V** : *om.* **PGE**^{1}**H** | importata **PGE**^{1}**H** : imputata **E**^{2}ε**VF** || 7 defensa res p. **PGH**ε : res p. defensa **E**^{2} : defensa res **V** : res p. **E**^{1} || 8 in *om.* **G**^{1}, *ante* 7 extremum *sscr.* **G**^{2} || 9 publio **PGEH** : p. ε**V** | popilio **PGH** : pompilio **E** : populo ε**V** || 10 filii . . . 13 Metellarum *om.* **H** || 13 Metellarum *Man.* : metellorum ω || 17 revocari **G** || 18 me per vos **E**^{2}ε**VF** *cf. Kl.*^{2} *499* : per vos me **H**ς : per vos **PGE**^{1} | reciperasset **PH**^{1} : recu- **GEH**^{2}ε**V** || 19 eidem **PH** | sibi eidem **H** | deposcere *Mdv.*^{2} *214* : deposceret ω || 22 minus **G**^{1} || 23 inimicias **G** | consul ε**V** || 24 bithyniam **P** : bithi- **GEH** : bitinia ε**V** | pro **E** || 25 ** p. (re *eras.*) **P** | popilio **P**^{2}**GH**ε**V** : popillio **P**^{1} : pompilio **E** | de **E**^{2}**G**^{2}ε**VF** : *om.* **PG**^{1}**E**^{1}**H** | metelli **H** || 26 tribunicius **H**^{1} | interfectis inimicis denique **PGE**^{1} : refecti nimis denique **E**^{2}ε**VF** : nulla auctoritate senatus **H** || 27 cum . . . 28 nam *om.* **H** | vim *om.* ε**V** || 28 c. quidem **PGE** : quidem c. ε**V** : g. **H** | haec **P**^{1} || 29 ab ε**V**

tutus, sed reditu suo senatum cunctum paene delevit. nulla de illis magistratuum consensio, nulla ad rem publicam defendendam populi Romani convocatio, nullus Italiae motus, nulla decreta municipiorum et coloniarum exstiterunt.

Qua re, cum me vestra auctoritas arcessierit, populus Romanus vo- 39
carit, res publica implorarit, Italia cuncta paene suis umeris reportarit, non committam, patres conscripti, ut, cum ea mihi sint restituta quae in potestate mea non fuerunt, ea non habeam quae ipse praestare possim, praesertim cum illa amissa reciperarim, virtutem et fidem numquam amiserim.

1 cunctum p(a)ene delevit **PGEH** : pene cunctum delevit **εV** : paene delevit cunctum **F** || 2 ad *om.* **εV** || 3 nullus **GEHV** : nullius **Pε** || 5 arcessierit **εV** : arcesserit **PH** : accersierit **GE** || 6 implorarit **GEH** : implorit **P** : implorante **εVF** | umeris **PG**^{1} : humeris **EHG**^{2}**εV** || 7 committam **PE**^{2}**εV** : commitam **H** : omittam **GE**^{1} || 9 reciperarim **P** : recu- ω

Subscr. M. TVLLI CICERONIS CVM SENATVI GRATIAS EGIT EXPLIC(it) **P** : EXPLICIT AD SENATVM **H** : Explicit or(ati)o **εV** : *om.* **GE**

M. TVLLI CICERONIS
ORATIO CVM POPVLO GRATIAS EGIT

SIGLA

P = codex Parisinus 7794 saec. $\mathrm{IX}^{\mathrm{med.}}$
  $\mathbf{P}^1$ = prima manus
  $\mathbf{P}^2$ = correcturae eiusdem fere aetatis
G = codex Bruxellensis 5345 (olim Gemblacensis) saec. $\mathrm{XI}^{\mathrm{in.}}$
  $\mathbf{G}^1$ = prima manus
  $\mathbf{G}^2$ = correcturae paulo recentiores
E = codex Berolinensis 252 (olim Erfurtensis) saec. $\mathrm{XII}^{\mathrm{in.}}$, deficit post § 6 p. 24, 18 *Romanum*
H = codex Harleianus 4927 saec. $\mathrm{XII}^{\mathrm{ex.}}$
  $\mathbf{H}^1$ = prima manus
  $\mathbf{H}^2$ = correcturae recentiores
T = codex Trecensis 552 saec. $\mathrm{XIV}^{\mathrm{med.}}$, deficit post § 23 p. 31, 9 *etiam*
ε = codex Erlangensis 847 anno 1466 exaratus
V = codex Vaticanus 1525 (olim Palatinus) anno 1467 exaratus
ω = superiores illi codices omnes praeter **E** et **T** inde a locis adlatis
ς = codices recentiores non nulli
Schol. = Scholiasta Bobiensis
ed. R. = editio Romana 1471

NOTAE

Ang. = Angelius
Bus. = Busche
Court. = Courtney
Ern. = Ernesti
Gar. = Garatoni
Gul. = Gulielmius
Ha. = Halm
Heu. = Heumann
Hot. = Hotman
A. Kl. = Alfr. Klotz
R. Kl. = Reinh. Klotz
Lb. = Lambinus
Mdv. = Madvig
Mo. = Mommsen
Mue. = C. F. W. Mueller
Naug. = Naugerius
Or. = Orelli
Pet. = Peterson
Sh. B. = Shackleton Bailey
Syd. = Sydow
Wui. = Wuilleumier
Zie. = Zielinski

ARGVMENTVM SCHOLIASTAE BOBIENSIS

⟨Argumentum huius orationis Tullianae prorsus cum⟩ superiore commune est. restitutus M. Tullius, quod eandem causam beneficii videbat in suam dignitatem prope omnium favore conlati, cum gratias egisset senatui, etiam populo consequenter agendas arbitratus in contionem processit et eadem paene quae aput patres conscriptos dixerat nunc etiam populo audiente percenset, magis, ut opinor, gloriae suae consulens, ut existimetur omnium ordinum consensu restitutus, nec ulla ⟨pars⟩ populi ab sua dignitate dissenserit, quo videlicet honestius gloriatur, necessarium se tuendae patriae iudicatum. et hic igitur demonstrativae qualitatis implet executione⟨m⟩, simul et beneficia commemorans et vim querellae in invidiam conferens inimicorum, quia sive auctores fuerant exolandi, sive quia diu facultatem non permiserant revertendi.

TESTIMONIVM

Dio Cassius 39, 9, 1 κατῆλθέ τε οὖν ὁ Κικέρων, καὶ χάριν τῇ τε βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, παρασχόντων αὐτῷ τῶν ὑπάτων καὶ τὸ συνέδριον καὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἔγνω.

1

1 Quod precatus a Iove Optimo Maximo ceterisque dis immortalibus sum, Quirites, eo tempore cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate, otio concordiaque devovi, ut, si meas rationes umquam vestrae saluti anteposuissem, sempiternam poenam sustinerem mea voluntate susceptam, sin et ea quae ante gesseram conservandae civitatis causa gessissem et illam miseram profectionem vestrae salutis gratia suscepissem, ut, quod odium scelerati homines et audaces in rem publicam et in omnes bonos conceptum iam diu continerent, id in me uno potius quam in optimo quoque et universa civitate deficeret, — hoc si animo in vos liberosque vestros fuissem, ut aliquando vos patresque conscriptos Italiamque universam memoria mei misericordiaque ⟨ac⟩ desiderium teneret, eius devotionis me esse convictum iudicio deorum immortalium, testimonio senatus, consensu Italiae, confessione inimicorum, beneficio
2 divino immortalique vestro maxime laetor. qua re, etsi nihil est homini magis optandum quam prospera, aequabilis perpetuaque fortuna secundo vitae sine ulla offensione cursu, tamen, si mihi tranquilla et placata omnia fuissent, incredibili quadam et paene divina, qua nunc vestro beneficio fruor, laetitiae voluptate caruissem. quid dulcius hominum generi ab natura datum est quam sui cuique liberi? mihi vero et propter indulgentiam meam et propter excellens eorum ingenium vita sunt mea cariores; tamen non tantae voluptati erant suscepti quantae nunc sunt restituti.

1 quod . . . Maximo *Schol.* || 6 miseram profectionem *Schol.* || 12 eius . . . deorum *Schol.* || 12–14 (iudicio . . . vestro) *cf. Victor, RL 402, 35* || 21 non . . . restituti *Schol.*

INC(ipit) CVM POPVLO GRATIAS EGIT **PG** : Oratio Marci Tullii Ciceronis cum populo gratias egit **T** : ⟨INCIPIT⟩ CVM POPVLO ⟨GRATIAS EGIT⟩ *Schol.* : Incip(it) orat(io) M. T. Cicer(onis) cu(m) de reditu suo p. R. gr(ati)as egit **EV** : CICERO GRATIAS AGIT POPVLO **H** : *om. ε* || 1 quod . . . 14 laetor *om.* **H** || 2 et fortunas **G** | incolomitate **E** || 4 ante potuissem **G** || 9 deficeret *ω def. Gesner*; *cf. etiam Court.*[1] *95, qui cf. Curt. 4, 4, 17* duo milia in quibus occidendis defecerat rabies crucibus adfixi : defigerent *Lb.* : desaeviret *Gesner, si quid mutandum sit* || 11 misericordia **G**[1] | ac *add. A. Kl.* : et *Wui.* | desiderium **PGET** : desideriumque *ε***V** : *del. Ha.* || 12 me *om. ε***V** || 14 qua re *Mdv.*[2] *214* : quirites **EHT** : qui r. **P** : q. r. **G***ε***V** : ⟨namque⟩ Quirites *Pet.* : Quirites *cum praecedentibus coniunxit ed. R. ita* : laetor, Quirites. et si (et si ⟨enim⟩ *Hot.*) || 15 (a)equabilis **P**[2]**GET***ε***V** : aequabili **P**[1]**H** | secundo **P**[1]**GET***ε***V** : secundus **P**[2]**H** || 16 cursu **GET** *ε***V** : cursus **PH** | pacata **G**[2] || 18 fruor] utor **G** | laetiae **P**[1] | laetitia et voluptate *Markland, Mue.* || 19 natura *ex* datura **P**[2] | mihi **PH** : modo **GET***ε***V** || 20 ingenium eorum *ε***V** | mea] ea **P** || 21 tantae voluptati . . . quantae *Schol.* : tanta (*om. ε***V**) voluptate . . . quanta *ω* | restituti sunt *ε***V**

nihil cuiquam fuit umquam iucundius quam mihi meus frater; non tam 3
id sentiebam cum fruebar quam tum cum carebam et postea quam vos me illi et mihi eum reddidistis. res familiaris sua quemque delectat; reliquae meae fortunae reciperatae plus mihi nunc voluptatis adferunt quam tum incolumes adferebant. amicitiae, consuetudines, vicinitates, clientelae, ludi denique et dies festi quid haberent voluptatis carendo magis intellexi quam fruendo. iam vero honos, dignitas, locus, ordo, bene- 4
ficia vestra quamquam mihi semper clarissima visa sunt, tamen ea nunc renovata inlustriora videntur quam si obscurata non essent. ipsa autem patria, di immortales, dici vix potest quid caritatis, quid voluptatis habeat; quae species Italiae, quae celebritas oppidorum, quae forma regionum, qui agri, quae fruges, quae pulchritudo urbis, quae humanitas civium, quae rei publicae dignitas, quae vestra maiestas! quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar ut nemo magis; sed tamquam bona valetudo iucundior est iis qui e gravi morbo recreati sunt quam qui numquam aegro corpore fuerunt, sic haec omnia desiderata magis quam adsidue percepta delectant.

Quorsum igitur haec disputo? quorsum? ut intellegere possitis neminem 2 5
umquam tanta eloquentia fuisse neque tam divino atque incredibili genere dicendi qui vestram magnitudinem multitudinemque beneficiorum, quam in me fratremque meum et liberos nostros contulistis, non modo augere aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit. a parentibus, id quod necesse erat, parvus sum procreatus, a vobis natus sum consularis. illi mihi fratrem incognitum qualis futurus esset dederunt, vos spectatum et incredibili pietate cognitum reddidistis. rem publicam illis accepi temporibus eam quae paene amissa est, a vobis eam reciperavi quam aliquando omnes unius opera servatam iudicaverunt. di immortales mihi liberos dederunt, vos reddidistis. multa praeterea a dis immortalibus optata consecuti sumus; nisi vestra voluntas fuisset, omnibus

14 sed . . . 15 qui gravi . . . sunt *Schol.* || 22 a parentibus . . . 23 consularis *Schol.*

1 umquam cuiquam fuit **G** || 2 sentiebat *ex* -bant **P**^{2} | quam tum ς : quantum **P** : quam tunc ω || 3 reddistis **G**^{1} || 4 reciperatae **PH**^{1} : recu- **GEH**^{2}**T**ε**V** || 5 quam tum **P**^{2}**GEHT**ε : quantum **P**^{1}**V** | incolumes ς : incolumitate **P**^{1} : incolumitatis **P**^{2}**GT**ε**V** : incolo- **EH** : ⟨in⟩ incolumitate *Ha.* : incolumitate ⟨adfectae⟩ *Syd.*^{1} *227* || 6 denique ludi ε**V** || 7 quam fruendo intellexi **G** | vero] bono **G**^{1} || 9 revocata **G**^{1} | obscura **G** | autem **PGH** : enim **E** : huius **T** : h ε**V** || 11 habeat *Lb.* : habet ω || 12 pulchritudo **H**ε**V** : pulcri- **PGET** | orbis **G**^{1} || 13 magestas **PH**^{1}**T** || 14 antea rebus *bis* **G**^{1} | ante ε**V** | sed *Schol.* : sed sic **H** : sic ω || 15 iis *Schol.* : his (hys ε**V**) ω | e *om. Schol.* || 16 numquam *ex* nunc quam **P**^{2} | sic **PGHT** : si **E**ε**V** | desiderat **P**^{1} || 18 hoc **V** : hic ε | quorsum^2 *ex* quorum **P**^{2} || 20 nostram ε**V** || 21 quam **P**^{2}**GET**ε**V** : qua **P**^{1} : quae ς : *om.* **H**^{1} : que *inter* in *et* me *sscr.* **H**^{2} || 22 ratione **E**^{1} || 23 parvus *om.* **G** | procreatus sum ε**V** | consularis sum ε**V** || 26 amissa esset *Ern.* | eam^2 ς : iam ω | reciperavi **H** : recu- ω || 27 opera **PH** : opere **GET**ε**V**

divinis muneribus careremus. vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos adsecuti, nunc a vobis universos habemus, ut quantum antea parentibus, quantum dis immortalibus, quantum vobismet ipsis, tantum hoc tempore universum cuncto populo Romano debeamus.

6 Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est ut eam complecti oratione non possim, tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem
3 auxisse videamini. non enim pro meo reditu ut pro P. Popili, nobilissimi hominis, adulescentes filii et multi praeterea cognati atque adfines deprecati sunt, non ut pro Q. Metello, clarissimo viro, iam spectata aetate filius, non Lucius Diadematus consularis, summa auctoritate vir, non C. Metellus censorius, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non sororum filii, Luculli, Servilii, Sciopiones; permulti enim tum Metelli aut Metellarum liberi pro Q. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicaverunt. quod si ipsius summa dignitas maximaeque res gestae non satis valerent, tamen fili pietas, propinquorum preces, adulescentium squalor, maiorum natu lacrimae populum
7 Romanum movere potuerunt. nam C. Mari, qui post illos veteres clarissimos consulares hac vestra patrumque memoria tertius ante me consularis subiit indignissimam fortunam praestantissima sua gloria, dissimilis fuit ratio; non enim ille deprecatione rediit, sed in discessu civium exercitu se armisque revocavit. at me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, nullo armorum ac tumultus metu, C. Pisonis, generi mei, divina quaedam et inaudita auctoritas atque virtus fratrisque miserrimi atque optimi cotidianae lacrimae sordesque lugubres a vobis de-
8 precatae sunt. frater erat unus qui suo squalore vestros oculos inflecteret, qui suo fletu desiderium mei memoriamque renovaret; qui statuerat, Quirites, si vos me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam; tanto in me amore exstitit ut negaret fas esse non modo domicilio, sed ne se-

8 non enim . . . pro Popili *Schol.*

1 careremus ς : caruerimus **PG^{1}EH*ε*V** : caruissemus **T** : carerimus **G^1** | gratatim **E** || 2 consecuti ***ε*V** || 3 nobismet ***ε*V** *Or.* || 4 universum **PGET** : universo **H*ε*V** | debeamus **H** : debemus ω || 5 in **GEH*ε*V** : *om.* **PT** | eam] iam **P** || 7 detraxisse **PH** : detraxistis **GET*ε*V** || 8 non enim . . . 22 revocavit *om.* **H** | reditu *Schol.* **P^2** : retu **P^1** : reatu **GET*ε*V** | P. *om. Schol., sed habet in explicatione* || 9 cognati **ET*ε*V** : cogniti **PG** | adque **P** || 10 metello ·C·V· **P** || 14 aut . . . metelli *om.* **P^1** | aut] ac *Wolf, A. Kl.* | metellarum **P^{2}G** : metellorum **ET*ε*V** || 16 maximeque *ex* maximequae **P^2** | valerent ς : valent ω : valebant *Ha.* | filii *Naug.* : illi ω || 17 adolescentum **G** || 18 *post* Romanum *deficit* **E** | movere *ex* more **P^2** || 19 haec **P^1** || 20 subiit **T*ε*V** : subit **PG** | indignissi∗mam (m *eras.*) **P** || 22 at me] me enim **H** || 24 et inaudita **PH** : *om.* **GT*ε*V** | auctoritas atque] satque **P** : pietas atque *Ern.* : alacritas atque *Syd.^{2} 171* || 25 miserrima **P^1** | lugubres **HT*ε*V** : lucubres **P** : lugubre **G** || 27 revocaret **G** | qui statuerat *om.* **H** || 28 eandem quirites **G^1** | et tanto ς : ⟨nam⟩ tanto *Ha.* || 29 modo domicilio *ex* modo|micili **P^2**

pulcro quidem se a me esse seiunctum. pro me praesente senatus hominumque praeterea viginti milia vestem mutaverunt, pro eodem absente unius squalorem sordesque vidistis. unus hic ⟨qui⟩ quidem in foro posset esse mihi pietate filius inventus est, beneficio parens, amore idem qui semper fuit frater. nam coniugis miserae squalor et luctus atque optimae filiae maeror adsiduus filique parvi desiderium mei lacrimaeque pueriles aut itineribus necessariis aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. qua re hoc maius est vestrum in nos promeritum quod non mul- 4
titudini propinquorum sed nobismet ipsis nos reddidistis.

Sed quem ad modum propinqui, quos ego parare non potui, mihi ad 9
deprecandam calamitatem meam non fuerunt, sic illud quod mea virtus praestare debuit, adiutores, auctores hortatoresque ad me restituendum ita multi fuerunt ut longe superiores omnes hac dignitate copiaque superarem. numquam de P. Popilio, clarissimo ac fortissimo viro, numquam de Q. Metello, nobilissimo et constantissimo cive, numquam de C. Mario, custode civitatis atque imperi vestri, in senatu mentio facta est. tribuni- 10
ciis superiores illi rogationibus nulla auctoritate senatus sunt restituti, Marius vero non modo non a senatu sed etiam oppresso senatu est restitutus, nec rerum gestarum memoria in reditu C. Mari sed exercitus atque arma valuerunt; at de me ut valeret semper senatus flagitavit, ut aliquando proficeret, cum primum licuit, frequentia atque auctoritate perfecit. nullus in eorum reditu motus municipiorum et coloniarum factus est, at me in patriam ter suis decretis Italia cuncta revocavit. illi inimicis interfectis, magna civium caede facta reducti sunt, ego iis a quibus eiectus sum provincias obtinentibus, inimico autem, optimo viro et mitissimo, ⟨consule⟩, altero consule referente reductus sum, cum is inimicus qui ad meam perniciem vocem suam communibus hostibus praebuisset spiritu dumtaxat viveret, re quidem infra omnes mortuos amandatus esset.

1 pro me ... 5 nam *om.* **H** | praesentes **P** || 2 viginti milia **T** : ·$\overline{XX}$· **G** : $\overline{XX}$ mil. **P** : XX *ε***V** | eodem ς : eo me **GT***ε***V** : eo **P** || 3 qui ς | hic quidem *bis* **G**^{1} || 4 esse] adesse *Ha.* | amorem **P**^{1} | idem qui **P**^{2} : idemque ω || 6 m(a)eror **PHG**^{2}*ε***V** : memor **G**^{1}**T** | parvi desiderium mei] parvuli singultus **H** | lacrimaequae **P**^{1} || 7 aut ... continebantur] pietatem vestram moverunt **H** | aut^1 **P** : *om.* **GT***ε***V** | necessaribus **P**^{1} | aut^2 **P** : ut **GT***ε***V** | magna parte **P**^{2} | tectis *edd.* : lectis ω || 8 qua re ... 9 reddidisti *ante p. 24, 22* at me *transp.* **H** | qua re hoc] hoc autem **H** || 10 sed ... *p. 26, 8* pertulerunt *om.* **H** | propinqui quos ego parare *ex* ego propinquos parare **G**^{2} || 12 auctores hortatoresque **P** : *om.* **GT***ε***V** || 14 ** p. (re *eras.*) **P** || 15 nun*quam (c *eras.*) **P** || 16 senatu mentio **GT***ε***V** : senatum mentio **P**^{2} : senatumetia **P**^{1} || 18 senatu est *ex* senatus **P**^{2} || 19 adque **P**^{1} || 20 valeret ς : valerent **G**^{1}**T***ε***V** : valerem **G**^{2} : valuerunt **P** || 21 proficeret ς : perficet **P**^{1} : perficeretur **P**^{2}**GT***ε***V** : pervinceret *Mdv.*^{3} *138* | perfecit **P**^{2} : perfregit **P**^{1}**GT***ε***V** || 22 nullus ς : nullius ω | reditu **G**^{2}**T***ε***V** : *om.* **PG**^{1} | motus **GT***ε***V** : opus **P** | et **PGT** : atque *ε***V** | coloniorum **G**^{1} || 24 civium **P**^{2}**G**^{2} : cium **P**^{1} : tium **G**^{1} : tum **T** : cum *ε***V** | iis *edd.* : his **PG** : hys *ε***V** : *om.* **T** || 26 consule *hic add. Mdv.*^{3} *138, ante* referente *Mo.* || 27 spiritu ς : siritu **P** : si ritu **GT***ε***V** || 28 re quidem **P** : requiem **GT***ε***V** | omnes *om.* **G**^{1} | mandatus **G**

5 11 numquam de ⟨P.⟩ Popilio L. Opimius, fortissimus consul, numquam de Q. Metello non modo C. Marius qui erat inimicus, sed ne is quidem qui secutus est, M. Antonius, homo eloquentissimus, cum A. Albino collega senatum aut populum est cohortatus. at pro me superiores consules semper ut referrent flagitati sunt; sed veriti sunt ne gratiae causa facere viderentur, quod alter mihi adfinis erat, alterius causam capitis receperam; qui provinciarum foedere inretiti totum illum annum querelas senatus, luctum bonorum, Italiae gemitum pertulerunt. Kalendis vero Ianuariis postea quam orba res publica consulis fidem tamquam legitimi tutoris imploravit, P. Lentulus consul, parens, deus, salus nostrae vitae, fortunae, memoriae, nominis, simul ac de sollemni deorum religione rettulit,
12 nihil humanarum rerum sibi prius quam de me agendum iudicavit. atque eo die confecta res esset, nisi is tribunus plebis quem ego maximis beneficiis quaestorem consul ornaram, cum et cunctus ordo et multi eum summi viri orarent et Cn. Oppius socer, optimus vir, ad pedes flens iaceret, *** noctemque sibi ad deliberandum postulasset; quae deliberatio non in reddenda, quem ad modum non nulli arbitrabantur, sed, ut patefactum est, in augenda mercede consumpta est. postea res acta est in senatu alia nulla, cum variis rationibus impediretur; sed voluntate tamen perspecta senatus causa ad vos mense Ianuario deferebatur.

13 Hic tantum interfuit inter me et inimicos meos. ego, cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi centuriarique vidissem, cum intellegerem veteres ad spem caedis Catilinae copias esse revocatas, cum viderem ex ea parte homines cuius partis nos vel principes numerabamur, partim quod mihi inviderent, partim quod sibi timerent, aut proditores esse aut desertores salutis meae, cum duo consules empti pactione provinciarum auctores se inimicis rei publicae tradidissent, cum egestatem, avaritiam, libidines suas viderent expleri non posse nisi ⟨me⟩ constric-

1 P. *edd.* : *om.* ω | opimius **PG**^{2} : opimus **G**^{1}**T** : optimus **εV** || 2 inimicus et ne inimicus **P**^{1} | sed (*in ras et* d *ex* t) **G** : et **PTεV** || 4 aut populum **P** : et populum **T** : populum **G**^{1}**εV** : populumve **G**^{2} | at *ex* aut **P**^{2} || 5 referrent **P**^{2} : referent **P**^{1} : referentes **GTεV** | gratia **εV** || 6 capiti **P**^{1} || 7 irretiti *Cratander* : irinati **P** : irritaqui **G** : irritaque **T** : irritatus **εV** : inligati *Ha.* : infrenati *Koch 12* | querellas **P** || 8 ianuariis **P**^{2}**H** : iañ **GT** : ianuaris **P**^{1} : -ii **εV** || 10 ** p. **P** | salutis **HG**^{2} || 11 sollemni deorum *Ha.* : solempni de ς : solem de **P** : sole de **GTε** : sole **V** : *om.* **H** | retulit ω || 12 adque **P**^{1} || 13 confecta res **PHT** : res confecta **GεV** | is **PGεV** : his **T** : *om.* **H** || 14 cum . . . 15 iaceret *post* 16 postulasset *transp.* **H** | eum **GT** : cum **PεV** : *om* **H** || 14.15 viri summi **εV** || 15 g. **H** : gneius **T** | oppius **P** : pompeius ω || 16 *lac. statuit explevitque* respondere dubitasset *A. Kl.* | noctem **H** | postulassent **P**^{1} | quae deliberatio] sed deliberatio illa **H** || 17 non nulli **PGHT** : multi **εV** | arbitrabantur *Cratander* : arbitrantur ω || 19 ⟨S. C.⟩ impediretur *Ha.*, *cf. Sest. 75* auctoritas senatus impediretur | sed *Ha.* : et ω : *om.* ς : ex *Mo.* | perspecta *Ang.* : perfecta ω || 20 ad ς : apud ω || 21 tantum] quantum *Mdv.*^{3} *138* || 22 tribunale **P** | centuarique **G**^{1} || 25 esse *om.* **εV** || 26 provintia **H** || 27 se **P**^{2}**G**^{2} : si **P**^{1}**G**^{1}**HTεV** | re p. **G**^{1} || 28 me *add. Naug.*

tum domesticis hostibus dedidissent, cum senatus equites⟨que⟩ Romani
flere pro me ac mutata veste vobis supplicare edictis atque imperiis ve-
tarentur, cum omnium provinciarum pactiones, cum omnia cum omni-
bus foedera ⟨in⟩ reconciliatione gratiarum sanguine meo sancirentur,
cum omnes boni non recusarent quin vel pro me vel mecum perirent, ar-
mis decertare pro mea salute nolui, quod et vincere et vinci luctuosum
rei publicae fore putavi. at inimici mei, mense Ianuario cum de me agere- 14
tur, corporibus civium trucidatis flumine sanguinis meum reditum inter-
cludendum putaverunt.

Itaque, dum ego absum, eam rem publicam habuistis ut aeque me atque 6
illam restituendam putaretis. ego autem in qua civitate nihil valeret
senatus, omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis et ferrum in foro ver-
saretur, cum privati parietum ⟨se⟩ praesidio non legum tuerentur, tri-
buni plebis vobis inspectantibus vulnerarentur, ad magistratuum domos
cum ferro et facibus iretur, consulis fasces frangerentur, deorum immor-
talium templa incenderentur, rem publicam esse nullam putavi. itaque
neque re publica exterminata mihi locum in hac urbe esse duxi, nec, si
illa restitueretur, dubitavi quin me secum ipsa reduceret. an ego, cum 15
mihi esset exploratissimum P. Lentulum proximo anno consulem futu-
rum, qui illis ipsis rei publicae periculosissimis temporibus aedilis curulis
me consule omnium meorum consiliorum particeps periculorumque so-
cius fuisset, dubitarem quin is me confectum consularibus vulneribus
consulari medicina ad salutem reduceret? hoc duce, collega autem eius,
clementissimo atque optimo viro, primo non adversante, post etiam
adiuvante, reliqui magistratus paene omnes fuerunt defensores salutis
meae. ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate, praesidio, copiis
T. Annius et P. Sestius praestanti in me benivolentia et divino studio
exstiterunt; eodemque P. Lentulo auctore et pariter referente collega
frequentissimus senatus uno dissentiente, nullo intercedente dignitatem

1 dedidissent ς : dedissent ω | equitesque **T** : equites ω || 2 edictis **H** : edicti*s **P** : dictis **GTεV** || 3 pactiones cum **GHεV** : pactione secum **P** : paucones cum **T** || 4 ⟨in⟩ reconciliatione *ego, cf. Pis. 28; adde quod* IN *post* FOEDERA *facile excidere potuit* : reconciliatione **PGTεV** : -nes **H**ς : ⟨de⟩ -ne *Mo.* : ⟨ac⟩ -nes *R. Kl., Mdv.*^{3} *138* : reconciliationes⟨que⟩ *Koch 12* | sancirentur **P**^{1} : sarcirentur ω || 5 non *om.* **H**^{1} | quin vel **TεV** : qui vel **P** : tum vel **H**^{1} : quin **G** : vel **H**^{2} | perire **H** || 6 decertare **P**^{2}**H** : decertarent **P**^{1}**GTεV** : decertari *R. Kl.* | quod et **P** : quoniam et **H** : quod potui **GTεV** || 7 me *om.* **H**^{1} || 8 includendum **H** || 10 dum *Ha.* : cum ω | adque **P**^{1} || 13 parietum **H**ς : parietis ω | se *hic add. Ha., ante* privati ς || 14 volnerarentur **εV** || 16 esse nullam **PGH** : nullam esse **TεV** || 17 neque *om.* **εV** | rem p. **P**^{1} || 18 qu*in (i *eras.*) **P** | reduceretur **P**^{1} : redduceret *Zie. 179* || 20 ae. d. cur. **P** || 21 consulem **H** | omnium . . . socius *om.* **H** || 22 volneribus **εV** || 23 consulare **P** | redduceret *Zie. 179* | eius *in ras.* **P**^{2} || 26 copiis **P**^{2}**GHT** : copis **P**^{1} : corporis **εV** || 27 praestanti *ex* praesenti **G**^{2} || 28 eodemque . . . p. 28, 5 deprecata est *om.* **H** | lentulus **P**^{1} | referrente **P**^{1}

meam quibus potuit verbis amplissimis ornavit, salutem vobis, municipiis, coloniis omnibus commendavit.

16 Ita me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum consules, praetores, tribuni plebis, senatus, Italia cuncta semper a vobis deprecata est, denique omnes qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati, producti ad vos ab eodem non solum ad me conservandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes,
7 laudatores fuerunt. quorum princeps ad cohortandos vos et ad rogandos fuit Cn. Pompeius, vir omnium qui sunt, fuerunt, erunt virtute, sapientia, gloria princeps. qui mihi unus uni privato amico eadem omnia dedit quae universae rei publicae, salutem, otium, dignitatem. cuius oratio fuit, quem ad modum accepi, tripertita: primum vos docuit meis consiliis rem publicam esse servatam causamque meam cum communi salute coniunxit hortatusque est ut auctoritatem senatus, statum civitatis, fortunas civis bene meriti defenderetis; tum [me] in perorando posuit vos rogari a senatu, rogari ab equitibus Romanis, rogari ab Italia cuncta, deinde ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum verum etiam
17 obsecravit. huic ego homini, Quirites, tantum debeo quantum hominem homini debere vix fas est. huius consilia, P. Lentuli sententiam, senatus auctoritatem vos secuti ⟨me⟩ in eo loco in quo vestris beneficiis fueram, isdem centuriis quibus conlocaratis, reposuistis. eodem tempore audistis eodem ex loco summos viros, ornatissimos atque amplissimos homines, principes civitatis, omnes consularis, omnes praetorios eadem dicere, ut omnium testimonio per me unum rem publicam conservatam esse constaret. itaque cum P. Servilius, gravissimus vir et ornatissimus civis, dixisset opera mea rem publicam incolumem magistratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem sententiam ceteri. sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium, L. Gelli;

9 *sqq.* (Cn. Pompeius ...) *cf. Victor, RL 403, 2*

1 quibus *om.* **εV** || 2 colonis **P**^{1} || 5 deinde **εV** | honoribusque (-quae **P**^{1}) **P** : honoribus **ω** || 6 ab eodem **ς** : ab eadem **PGTεV** : *om.* **Hς** || 9 gne. **H** | qui sunt fuerunt erunt **PT** : qui sunt qui fuerunt erunt **GH** : cum qui sunt fuerunt erit **εV** || 9. 10 virtute sapientia gloria princeps **P** : virt. sap. ac gl. princeps **H** : virt. princeps sap. ac gl. **G** : princeps virt. sap. ac (et **ε**) gl. **TεV** || 10 aedem **P** || 11 cuius ... 16 cuncta *om.* **H** || 11. 12 fuit quem ad modum accepit (accepi *edd.*) tripertita (tre- **P**^{1}) **P** : ita **GTεV** *sed vide infra ad v.* 13 || 12 vos primum **G** | * meis (a *eras. videtur*) **P** || 13 conservatam **εV** | coniunxit fuit quem ad modum cepit refert tripertitam (tripart- **V**) **εV**, *cf. supra v.* 11. 12 || 15 me *del. edd. vett.*, *Ha.*, *sed cf. Mdv.*^{3} *139, adn. 1* : ⟨optu⟩me *Walter*^{2} *2* : ⟨pro⟩ me *Syd.*^{2} *77* | vos **PGTV** : *om.* **ε** *Ha.* || 17 ad extremum *om.* **H** || 18 ego **PGHT** : ergo **εV** | quirites **HT** : qui ·R· **P** : q. r. **G** : $\overline{\text{q. r.}}$ **ε** : *om.* **V** || 19 lentuli **H** : lentulus **ω** || 20 ⟨me⟩ in eo *Ha.* : in eo ⟨me⟩ *ed. R.* | quo **PH** : *om.* **GTεV** | ⟨collocatus⟩ fueram *Lb.* || 21 iisdem **G**^{2} : hisdem **T** || 22 adque **P**^{1} || 24 unum **P** : *om.* **ω** || 25 itaque ... 28 auctoritatem *om.* **H** || 26 tradita **P** || 27 eadem sentiam **P** | audistis] vidistis **G**

qui quia suam classem adtemptatam magno cum suo periculo paene sensit, dixit in contione vestrum, si ego consul cum fui non fuissem, rem publicam funditus interituram fuisse.

En ego ⟨tot⟩ testimoniis, Quirites, hac auctoritate senatus, tanta con- 8 18
sensione Italiae, tanto studio bonorum omnium, [cum] agente P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus faventibus, dis denique immortalibus frugum ubertate, copia, vilitate reditum meum comprobantibus [se] mihi, meis, rei publicae restitutus tantum vobis quantum facere possum, Quirites, pollicebor: primum, qua sanctissimi homines pietate erga deos immortalis esse soleant, eadem ⟨me⟩ erga populum Romanum semper fore numenque vestrum aeque mihi grave et sanctum ac deorum immortalium in omni vita futurum; deinde, quoniam me in civitatem res publica ipsa re-
duxit, nullo me loco rei publicae defuturum. quod si quis existimat me aut 19
voluntate esse mutata aut debilitata virtute aut animo fracto, vehementer errat. mihi quod potuit vis et iniuria et sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit; quod viro forti adimi non potest, id et manet et permanebit.

Vidi ego fortissimum virum, municipem meum, C. Marium — quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate non solum cum iis qui haec delere voluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit — eum tamen vidi, cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter ma-
gnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato. quem egomet 20
dicere audivi ⟨non⟩ tum se fuisse miserum cum careret patria quam obsidione liberavisset, cum sua bona possideri ab inimicis ac diripi audiret, cum adulescentem filium videret eiusdem socium calamitatis, cum in paludibus demersus concursu ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam suam conservaret, cum parva navicula pervectus in Africam, quibus

2 contione *ex* oratione **G**^{2} | contione: 'vestrum si *interpunxit Ha.* : contione vestra: si *Cratander* | cum] sicut **H** || 3 *post* fuisse *non nulla de annonae vilitate deleta esse suspicatur M. Lange 25* || 4 tot **H**ς : *om.* ω | quirites **H**ς : qui r. (rem **P**) p. ω || 5 cum **PGT**ε**V** : *om.* **H**ς : causam *Ha.* : coram *Walter*^{2} *2* : consule *A. Kl. Praef. LIX* || 6 consentientibus *in ras.* **H**^{2} | cn. **G**ε**V** : gn. **PH** : gneo **T** || 8 mihi **H** : se mihi (*ex* mini **P**^{1}) ω || 9 restitutus **P**^{1}**GHT** : restitutis **P**^{2}ε**V** || 10 qu*a **G** | hominis **P** || 11 me ς : *om.* **PGT**ε**V** : *ante* semper *hab.* **H** || 12 vestrum eque *ex* vestrumque **P**^{3} || 13 civitatem ε**V** : -te **PGH** : *deest* **T** | publica ... 14 existimat *in ras.* **H**^{2} | redduxit *Zie. 179* || 16 potuit vis et **P**^{2}**GH** ε**V** : potuivised **P**^{1} : potuit et **T** | sceleratus *ex* scelerator **P**^{2} | furor] favor **H** || 18 id et **G**^{2} : ideo **PG**^{1}**T**ε**V** : id mihi **H** : id ς : id ei *Kasten* : id vero *Ha.* : id ⟨est⟩ et *Syd.*^{2} *172* : adeo *Bus. 1357, cf. Verr. 3, 120* id adeo sciri facillime potest || 19 c. **PG**ε**V** : g. **H** : *om.* **T** || 20 iis *edd.* : is **G**^{1} : his **PHG**^{2}**T** : hys ε**V** || 22 non^{2} *om.* **H** || 23 calamitati **P**^{1} | adque **P**^{1} | reuocato *ex* reuonato **G**^{2} || 24 ⟨non⟩ *Sh. B. 263* | cum **H**ς : si **P**^{2}**GT**ε**V** : *om.* **P**^{1} | carereret **P**^{1} || 27 concursus **P**^{1} || 28 conservarit **P** | pervectus **PH** : traiectus **GT**ε**V** | africam **PG** : aff- **HT**ε**V**

regna ipse dederat, ad eos inops supplexque venisset; reciperata vero sua dignitate se non commissurum ut, cum ea quae amiserat sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam numquam perdidisset. sed hoc inter me atque illum interest quod ille qua re plurimum potuit ea ipsa re inimicos suos ultus est, armis, ego qua consuevi utar, ⟨verbis⟩, quoniam illi arti in bello ac seditione locus est, huic in pace atque otio.
21 quamquam ille animo irato nihil nisi de inimicis ulciscendis agebat, ego de ipsis inimicis tantum quantum mihi res publica permittit cogitabo.

9 Denique, Quirites, quoniam me quattuor omnino hominum genera violarunt, unum eorum qui odio rei publicae, quod eam ipsis invitis conservaram, inimicissimi mihi fuerunt, alterum, qui per simulationem amicitiae nefarie ⟨me⟩ prodiderunt, tertium, qui cum propter inertiam suam eadem adsequi non possent, inviderunt laudi et dignitati meae, quartum, qui cum custodes rei publicae esse deberent, salutem meam, statum civitatis, dignitatem eius imperi quod erat penes ipsos vendiderunt, sic ulciscar facinora ⟨eor⟩um singula quem ad modum a quibusque sum provocatus, malos civis rem publicam bene gerendo, perfidos amicos nihil credendo atque omnia cavendo, invidos virtuti et gloriae serviendo, mercatores provinciarum revocando domum atque ab iis provinciarum ratione repetenda.

22 Quamquam mihi, Quirites, maiori curae est quem ad modum vobis, qui de me estis optime meriti, gratiam referam quam quem ad modum inimicorum iniurias crudelitatemque persequar. etenim ulciscendae iniuriae facilior ratio est quam benefici remunerandi, propterea quod superiorem esse contra improbos minus est negoti quam bonis exaequari. tum etiam ne tam necessarium quidem est male meritis quam optime me-

1 reciperata . . . 3 perdidisset *om.* **H** | recuperata vero **G**^{2} ς : recuparavero **G**^{1} : recte paravero **PTεV** || 3 numquam *ex* num **P**^{2} || 4 adque **P**^{1} || 5 re ipsa **H** | utar ⟨verbis⟩ *ego,* ⟨verbis⟩ utar *Syd.*^{1} *227, cf. Phil. 5, 26; 8, 14* : utar ω : pietate utar **H** : utar pietate ς : utar ⟨oratione⟩ *Pet.* || 6 quoniam . . . 8 cogitabo *om.* **H** | arti **G** : arte **PεV** : ante **T** | in otio **εV** || 7 agebant **G**^{1} || 8 inimicis **PGT** : *om.* **εV** *Mack 45* : amicis *Zie. 205* | permittet ς || 9 quirites **HT** : qui r. **P** : $\overline{\text{q.r.}}$ or **GεV** | me quattuor (-t- **HT**) **P**^{2}**HT** : ne quattuor **P**^{1} : in me ·IIII· **G** : quattuor me **εV** | omnino *om.* **H** || 10 invitis ς : convitis **P**^{1} : convictis ω | conservaram **PH** : -tam **GTεV** || 12 me **H** : *om.* ω | quid **P**^{1} | intertiam **P**^{1} || 13 inviderunt **G**^{2} : inviderent ω || 14 cum . . . rei p. *in ras.* **H**^{2} | deberent *Ern.* : debuerunt ω : debuerint *Heu.* || 15 imperi *om.* **H** || 16 facinora ⟨eor⟩um singula *Ha.* : facinorum singula **P** : facinora singula ω : facinora singulo⟨rum⟩ *Ha.* : facinorum ⟨genera⟩ singula *Syd.*^{2} *169* || 17 gerendo **T** : regendo ω || 18 invidos . . . serviendo *bis* **P**^{1} || 19 iis ς : his **PGHT** : hys **εV** | ratione repetenda **P**^{1}**T** : -em -da **G**^{1} : -em -do **P**^{2}**HG**^{2} : ratione expetenda **εV** || 21 quirites *Gul.* : quin **P** : quam **GTεV** : *om.* **H** : quidem *Lb.* | maiori **PH** : mori **GTεV** | quemammodum **P** || 21. 22 vobis qui de me **G**^{2} : qui de me vobis **PG**^{1}**HεV** : quidem vobis **T** || 22 quemammodum **P** || 25 bonus **P**^{1} || 26 tum *ex* tuum **P**^{2} | quam optime meritis **P** : quam optime **GTεV** : *om.* **H**

23
ritis referre quod debeas. odium vel precibus mitigari potest ⟨vel⟩ temporibus rei publicae communique utilitate deponi vel difficultate ulciscendi teneri vel vetustate sedari; bene meritos ⟨ne⟩ colas nec exorari fas est neque id rei publicae repetere † utrumcumque † necesse est; neque est excusatio difficultatis, neque aequum est tempore et die memoriam benefici definire. postremo qui in ulciscendo remissior fuit bono rumore certe utitur; at gravissime vituperatur qui in tantis beneficiis quanta vos in me contulistis remunerandis est tardior, neque solum ingratus, quod ipsum grave est, verum etiam impius appelletur necesse est. [atque in officio persolvendo dissimilis est ratio et pecunia debita, propterea quod pecuniam qui retinet non dissolvit, qui reddidit non habet; gratiam et qui rettulit habet, et qui habet dissolvit.]

10
24
Quapropter memoriam vestri benefici colam benivolentia sempiterna, ⟨nec eam⟩ cum anima exspirabo mea, sed etiam, cum me vita ⟨defecerit⟩, monumenta vestri in me benefici permanebunt. in referenda autem gratia hoc vobis repromitto semperque praestabo, mihi neque in consiliis de re publica capiendis diligentiam neque in periculis a re publica propulsandis animum neque in sententia simpliciter ferenda fidem neque in hominum voluntatibus pro re publica laedendis libertatem nec in perferendo labore industriam nec in vestris commodis augendis grati animi beni-

13 – p. 32, 1 (quapropter . . . defuturam) *cf. Mamertinus, paneg. Lat. III (XI), 32, 2 – 3* neque solum . . . defuturam

1 debeas quam ut bene meritos colas **H** | mitigari **GHεV** : miticari **T** : viticari **P**^{1} : vindicari **P**^{2} | vel^2 *sscr.* **H** : *om.* ω || 2 et rei p. **H** | communi **H** | dificultate **P** | ulciscendi **PH** : utendi **GTεV** || 3 teneri] contineri *Gar.* : leniri *Jeep*^{2} *6* | ne ς : *om.* **PGTεV** : quin **H** : ut *Jeep ib.* || 4 neque . . . necesse est *om.* **H** | repetere] remittere *Gar.* : rependere *Jeep ib.* | utrū|cumque **P**^{1} : utrumque **P**^{2}**GεV** : utcumque ς : utique *Lb.* : verum neque *Jeep*^{2} *7, cf. Mur. 74; dom. 21 p. 42, 26* : utcumque ⟨se res habent⟩ *(?) Court.*^{2} *15* : ⟨nisi⟩ utique *Sh. B. 263* || 5 aecum **P** || 6 remissor **H**^{1} || 6. 7 bono rumore certe utitur *ego, cf. leg. 1, 50* : in eorum (meorum **εV**) aperte (apperte **P**^{1}) utitur (-etur **T**) **PGTεV** : in os (mox *plerique* ς) aperte laudatur **H**ς : in eo rumore certe utitur *Jeep* : secundo rumore aperte utitur *Wui.* : in eo rum⟨or populi summis laudibus⟩ aperte utitur *Syd.*^{3} *186* : in eo suo iure aperte utitur *Mo.* : in eo vix reprehenditur *R. Kl., alii sim.* : in ea re venia certe utitur *Koch 12* || 7 at **P**^{2}**GHT** : ut **P**^{1} : item **εV** || 8 contulis **P** || 9 *post* etiam *deficit* **T** || 9 atque . . . 12 dissolvit *om.* **H**ς *Wolf; sententia parum superioribus conveniens ex Planc. 68 et off. 2, 69 desumpta videtur* || 10 ratio **P**^{2}**εV** : oratio **P**^{1}**G** | et pecunia debita ω *scil.* atque in pecunia debita; *cf. Ha.* : pecuniae debitae ς || 11 qui reddidit . . . 12 dissolvit *om.* **P**^{1} || 12 retulit ω || 13 *post* sempiterna *lac. statuit Ha.*, nec eam *add. A. Kl.*^{2} *506* || 14 *post* cum^2 *lac. statuit Ha. contulitque Mamert.* cum me anima defecerit | me vita *Mue.* : me ulla **P** : nulla **GεV** : mortuo **H** : multa *ante* monumenta *Ha.* | defecerit *add. Mue., cf. Ha.* || 15 monimenta ω || 16 hoc **PH** : haec **G** : huius **εV** | mihi . . . 18 sententia sim- *in ras.* **H**^{2} || 18 ferenda **PG**^{2}**εV** : feranda **G**^{1} : referenda **H** : ⟨e re p.⟩ ferenda *Jeep*^{2} *7* || 19 perterendo **H** || 20 grati *edd., cf. Mamert.* grati animi benivolentiam defuturam : gratam ω

25 volentiam defuturam. atque haec cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna, ut cum vobis, qui apud me deorum immortalium vim et numen tenetis, tum posteris vestris cunctisque gentibus dignissimus ea civitate videar quae suam dignitatem non posse se tenere, nisi me reciperasset, cunctis suffragiis iudicavit.

1 haec *om.* **G**^{1} || 2 mea **G**^{1} | immortalium] ira mortalium **G** || 4 ea **HG**^{2} : ex **P**ε**V** : e **G**^{1} | tenere se **H** | reciperasset **PH**^{1} : recu- **GH**^{2}ε**V** || 5 indicavit **H** || *Subscr.* M. TVLLI CICERONIS CVM POPVLO GRATIAS EGIT EXPLICIT **P** : EXPLICIT M. TVLLII CICERONIS ORATIO *haec deleta ab ipso librario* **G** : Explicit or(atio) Ciceronis ε**V** : *om.* **H**

M. TVLLI CICERONIS
ORATIO DE DOMO SVA

SIGLA

P = codex Parisinus 7794 saec. IX$^{med.}$
- **P^{1}** = prima manus
- **P^{2}** = correcturae eiusdem fere aetatis
- **P^{3}** = correcturae multo recentiores

G = codex Bruxellensis 5345 (olim Gemblacensis) saec. XI$^{in.}$
- **G^{1}** = prima manus
- **G^{2}** = correcturae paulo recentiores

H = codex Harleianus 4927 saec. XII$^{ex.}$
- **H^{1}** = prima manus
- **H^{2}** = correcturae recentiores

M = codex Mediceus, Laurentianus plut. XLVIII, 8 saec. XV

V = codex Vaticanus 1525 (olim Palatinus) anno 1467 exaratus

ω = superiores illi codices omnes

ς = codices recentiores non nulli

ed. R. = editio Romana 1471

ed. V. = editio Veneta 1471

NOTAE

Ang. = Angelius
Bai. = Baiter
Cl. = A. C. Clark
Ern. = Ernesti
Gar. = Garatoni
Graev. = Graevius
Grut. = Gruter
Gul. = Gulielmius
Ha. = Halm
Hot. = Hotman
Ka. = Karsten
Kays. = Kayser
A. Kl. = Alfr. Klotz
R. Kl. = Reinh. Klotz
La. = Lange
Lb. = Lambinus
Mdv. = Madvig
Man. = Manutius
Mat. = Matthias
Mo. = Mommsen
Mue. = C. F. W. Mueller
Naeg. = Naegelsbach
Naug. = Naugerius
Nis. = Nisbet
Or. = Orelli
Pet. = Peterson
Rue. = Rueck
Schoe. = Schoell
Schoenb. = Schoenberger
Sh. B. = Shackleton Bailey
Syd. = Sydow
Urs. = Ursinus
Zie. = Zielinski

TESTIMONIA

Cic., ad Att. 4, 2, 2–3 post illas datas litteras secuta est summa contentio de domo. diximus apud pontifices prid. Kal. Oct. acta res est accurate a nobis, et si umquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si numquam alias fuimus, tum profecto dolor et ⟨rei⟩ magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. itaque oratio iuventuti nostrae deberi non potest; quam tibi, etiam si non desideras, tamen mittam cito. cum pontifices decressent ita: 'si neque populi iussu neque plebis scitu is qui se dedicasse diceret nominatim ei rei praefectus esset neque populi iussu aut plebis scitu id facere iussus esset, videri posse sine religione eam partem areae mihi restitui', mihi facta statim est gratulatio – nemo enim dubita⟨ba⟩t quin domus nobis esset adiudicata –, cum subito ille in contionem escendit quam Appius ei dedit. nuntiat iam populo pontifices secundum se decrevisse, me autem vi conari in possessionem venire; hortatur ut se et Appium sequantur et suam Libertatem vi defendant.

ad hanc orationem (cf. § 34 sqq.) referri potest Quint. 2, 4, 35 aut enim de iure dubitari potest eius qui rogat, ut de P. Clodi, qui non rite creatus tribunus arguebatur: aut de ipsius rogationis, quod est varium, sive non trino forte nundino promulgata sive non idoneo die sive contra intercessionem vel auspicia aliudve quid quod legitimis obstet dicitur lata esse vel ferri, sive alicui manentium legum repugnare.

Dio Cassius 39, 11 Κικέρων μὲν οὖν αὖθις ἀνεβλάστανε καὶ τήν τε ἄλλην οὐσίαν καὶ τὸ ἔδαφος τῆς οἰκίας καίτοι τῇ Ἐλευθερίᾳ ἀνειμένον καὶ τοῦ Κλωδίου καὶ ἐπιθειάζοντος καὶ ἐς ἐνθυμίαν αὐτῷ προβάλλοντος ἐκομίσατο. τὴν γὰρ εἰσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ νόμου, παρ' ἣν ἐκ τῶν εὐπατριδῶν ἐς τὸ πλῆθος ἐπεποίητο, διαβάλλων ὡς οὐκ ἐν τοῖς ὡρισμένοις ἐκ τῶν πατρίων χρόνοις ἐκτεθέντος αὐτοῦ, τήν τε δημαρχίαν τοῦ Κλωδίου πᾶσαν, ἐν ᾗ καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἐδέδοκτο, κατέλυε, λέγων οὐχ οἷόν τ' εἶναι, τῆς μεταστάσεως αὐτοῦ τῆς ἐς τὸν ὅμιλον παρανόμως γεγενημένης ὑγιές τι τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων νομίζεσθαι, καὶ ἔπεισε διὰ τούτου τοὺς ποντίφικας τὸ ἔδαφός οἱ ὡς καὶ ὅσιον καὶ βέβηλον ὂν ἀποδοῦναι. καὶ οὕτως καὶ ἐκεῖνο καὶ χρήματα ἔς τε τὴν τῆς οἰκίας κατασκευὴν καὶ εἰ δή τι ἄλλο τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐλελύμαντο ἔλαβε.

Cum multa divinitus, pontifices, a maioribus nostris inventa atque 1 1
instituta sunt, tum nihil praeclarius quam quod eosdem et religionibus
deorum immortalium et summae rei publicae praeesse voluerunt, ut
amplissimi et clarissimi cives rem publicam bene gerendo religiones,
religiones sapienter interpretando rem publicam conservarent. quod si
ullo tempore magna causa ⟨in⟩ sacerdotum populi Romani iudicio ac
potestate versata est, haec profecto tanta est ut omnis rei publicae digni-
tas, omnium civium salus, vita, libertas, arae, foci, di penates, bona, for-
tunae, domicilia vestrae sapientiae, fidei, potestati commissa creditaque
esse videantur. vobis hodierno die constituendum est utrum posthac 2
amentis ac perditos magistratus improborum ac sceleratorum civium
praesidio nudare an etiam deorum immortalium religione armare malitis.
nam si illa labes ac flamma rei publicae suum illum pestiferum et fu-
nestum tribunatum, quem aequitate humana tueri non potest, divina
religione defenderit, aliae caerimoniae nobis erunt, alii antistites deorum
immortalium, alii interpretes religionum requirendi; sin autem vestra
auctoritate sapientiaque, pontifices, ea quae furore improborum, timore
bonorum, re publica ab aliis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita
gesta sunt rescinduntur, erit causa cur consilium maiorum in amplissimis
viris ad sacerdotia deligendis iure ac merito laudare possimus.

1 cum . . . inventa sunt *Grillius, RL 596, 8 (p. 1, 9 Martin)*

Inscr. INC(ipit) DE DOMO SVA **P** *grammatici* : De domo sua apud pontifices *Rufinianus* : MARCVS TVLIVS CICERO PRO DOMO SVA AGIT AD PONTIFICES **H** : De domo sua contra Clodium *Aquila* : INCIPIT EIVSDEM IN CLODIVM **G** : Incipit oratio Marci Tulii Ciceronis in Clodium **V** : M. T. C. ORATIO PRO DOMO SVA AD PONTIFICES INCIPIT **M**

1 pontificis **H**^{1} | a *om.* **P** || 2 sint **G** | vos eosdem **H** || 4 gerendo pontifices **H** || 5 religiones . . . interpretando *Or., cf. Schoe. 437* : religionibus (regionibus **H**^{2}) . . . interpretando *ω A. Kl.*^{3} *215, qui cf. Verr. 4, 104* earum rerum . . . nullam infitiandi rationem; *Phil. 5, 6; fin. 1, 60, alia. sed* -bus *perperam pro* -s *scriptum videtur sicut vel infra* 7 omnis / omnibus *vel Verg. ge. 2, 124* arboris] ARBOREB· *cod. Medic. 39. 29* : -bus . . . interpretandis *La. 15* : religionum ius . . . interpretando *Ha.* || 6 causa in sacerdotum *ς* : causa sacerdotum *ω* : causacerdotum **P**^{1} || 7 omnis **GHM** : omnibus **PV** || 8 di *om.* **G** || 9 potestatique **H** | creditaquae **P**^{1} || 10 posthaec **GMV** || 11 inprorum **P**^{1} || 13 et *ex* ac **G**^{2} || 15 religioni **P**^{1} | tali antistis **P**^{1} || 17 in pontifices **P** || 17.18 timore bonorum **M** : amore bonorum **PGV** : *om.* **H***ς* || 18 re p. **M** : r. p. **G** : rei p. **P** : in re p. **H** : rei **V** | alis^1 **P**^{1} | ab aliis^2 **GHM** : ab ilis **P**^{1} : ab illis **P**^{2} : *om.* **V** | alis^3 **P**^{1} || 19 rescinduntur] -antur *Ern.* : -entur *Rue. 13. sed cf. § 100, p. 70, 23–25* sin mea domus non modo mihi non redditur, sed . . . praebet . . ., quis erit qui . . .; *Fl. 106* si conservatis, praescribetis | cur] contra **H** || 20 diligendis **H**^{1}

3 Sed quoniam ille demens, si ea quae per hos dies ego in senatu de re publica sensi vituperasset, aliquem se aditum ad aures vestras esse habiturum putavit, omittam ordinem dicendi meum, respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille uti non potest, sed convicio, cuius exercitationem cum intolerabili petulantia tum etiam diuturna impunitate munivit.

2 Ac primum illud a te, homine vaesano ac furioso, requiro, quae te tanta poena tuorum scelerum flagitiorumque vexet ut hos talis viros, qui non solum consiliis suis sed etiam specie ipsa dignitatem rei publicae sustinent, quod ego in sententia dicenda salutem civium cum honore Cn. Pompei coniunxerim, mihi esse iratos et aliud de summa religione hoc
4 tempore sensuros ac me absente senserint arbitrere? 'fuisti' inquit 'tum apud pontifices superior, sed iam, quoniam te ad populum contulisti, sis inferior necesse est.' itane vero? quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas et inconstantia et crebra tamquam tempestatum sic sententiarum commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia certum et definitum ius religionum, vetustas exemplorum, auctoritas litterarum monumentorumque deterret? 'tune es ille' inquit 'quo senatus carere non potuit, quem boni luxerunt, quem res publica desideravit, quo restituto senatus auctoritatem restitutam putabamus, quam primum adveniens prodidisti?' nondum de mea sententia dico, impudentiae primum respondebo tuae.

3
5 Hunc igitur, funesta rei publicae pestis, hunc tu civem ferro et armis et exercitus terrore et consulum scelere et audacissimorum hominum minis, servorum dilectu, obsessione templorum, occupatione fori, oppressione curiae domo et patria, ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere coegisti, quem a senatu, quem a bonis omnibus, quem a cuncta Italia desideratum, arcessitum, revocatum conservandae rei publicae causa confiteris? 'at enim in senatum venire in Capitolium turbulento illo die
6 non debuisti.' ego vero neque veni et domo me tenui quam diu turbulen-

19 tune . . . potuit *Grillius, RL 605, 20* (*p. 92, 16 Martin*)

1 ego per hos dies **H** || 2 publica *om.* **P** | aliquando **H** | a*ditum **P** | habiturum esse **G** || 9 specie **PHG**^{2}**V** : specia **G**^{1} : spe **M** | ipsa (-a* **P**) dignitatem rei (r. **G**) p. ω : ipsa et dignitate rem p. **M** || 11 aliud **HP**^{3}ς : alios **P**^{1} : alias **GV** : aliter **M** || 11, 12 hoc tempore *om.* **H** || 12 me *ex* mi **P**^{2} | absente **GMV** : ap- **P** : p̄sente **H** | arbitrere **GM** : arbitrare **PHV** | inquit tum *Hot.* : inquit (-id **P**^{1}**V**) tu ω : tu inquit **H**ς || 13 superior sed iam ς : superiores sed etiam ω : superior esset etiam **M** | contulistis **P**^{1} || 14 inferior **P**^{2}**GMV** : interior **P**^{1}**H** | est^1 *ex* et **P**^{2} || 16 tu **H**ς : tum **P** : totum **GMV** || 19 es *ex* est **P**^{2} | inquid **P**^{1} | quo* **P** || 21 primam **P** | prodisti **P**^{1}**V** || 22 imprudentiae **G** || 24 cōs. **G** : cons. **M** || 25 dilectu **PG** : delectu **HV** : delicto **M** || 26 caedere **G** || 27 coegisti *Lb.* : curisti **P**^{1} : curasti ω || 28 accersitum **GM** | conservandae **PH** : -atum **GMV** || 29 capitolium **P**^{1}**GMV** : capitolium intrare **HP**^{3} || 30 veni** **P** | me* (t *eras.*) **P** : ne **V**

tum tempus fuit, cum servos tuos a te iam pridem ad bonorum caedem paratos cum illa tua consceleratorum ac perditorum manu armatos in Capitolium tecum venisse constabat. quod cum mihi nuntiaretur, scito me domi mansisse et tibi et gladiatoribus tuis instaurandae caedis potestatem non fecisse. postea quam mihi nuntiatum est populum Romanum in Capitolium propter metum atque inopiam rei frumentariae convenisse, ministros autem scelerum tuorum perterritos partim amissis gladiis, partim ereptis diffugisse, veni non solum sine ullis copiis ac manu, verum etiam cum paucis amicis. an ego, cum P. Lentulus consul optime de me 7
ac de re publica meritus, cum Q. Metellus, qui cum meus inimicus esset, frater tuus, et dissensioni nostrae et precibus tuis salutem ac dignitatem meam praetulisset, me arcesserent in senatum, cum tanta multitudo civium tam recenti officio suo me ad referendam gratiam nominatim vocaret, non venirem, cum praesertim te iam illinc cum tua fugitivorum manu discessisse constaret? hic tu me etiam, custodem defensoremque Capitoli templorumque omnium, 'hospitem Capitolinum' appellare ausus es, quod, cum in Capitolio senatum duo consules haberent, eo venerim? utrum est tempus aliquod quo in senatum venisse turpe sit, an ea res erat illa de qua agebatur ut rem ipsam repudiare et eos qui agebant condemnare deberem? primum dico senatoris esse boni semper in senatum 4 8
venire, nec cum iis sentio qui statuunt minus bonis temporibus in senatum ⟨non esse veniendum. qui⟩ ipsi, ⟨cum⟩ non venerint, intellegunt hanc suam nimiam perseverantiam vehementer iis quorum animum offendere voluerint et gratam et iucundam fuisse. at enim non nulli propter timorem, quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur, discesserunt. non reprehendo nec quaero fueritne aliquid pertimescendum; puto suo quemque

1 a te iam pridem **PM** : te iam pridem **G** : ad impiam praedam **V** : ad rapinam **H** || 3 tecum *om.* **G** | venire **G**^{1} | scito ς : scio ω || 4 mansisset **P**^{1} : sensisse **V** || 6 inopiam *ex* inpiam **P**^{2} || 7 amisses **P**^{1} : *deest* **V** || 8 direptis **G** | ullis *om.* **G** || 10 cum q. **GHM** : cumque **PV** | meus *om.* **P**^{1} || 11 dissensioni **GHM** : -is **PV** || 13 officio] beneficio *Ern.* || 14 te iam illinc **PH** : tela illa **GMV** || 15 discessisse **P**^{2}**GHV** : discensisse **P**^{1} : decessisse **M** || 16 capitoli . . . hostem *inter versus add.* **G**^{1} | hospitem *Sh. B. 264* : hostem ω || 17 venerim ς *Lehmann 354; cf. Mdv.*^{3} *139* : venirem ω || 18 utrum **P** : utrumne ω *cf. inv. 1, 51* | quo **P**^{2}**GHV** : quod **P**^{1}**M** | venisse ω : venistis **P**^{1} : venire *Gar.* || 18. 19 ea res erat illa *Ha.* : res illa talis erat **H** : aures regatila **P**^{1} : aures re illa **P**^{2} : aures erigere illa **P**^{3} : res **GV** : reo **M** : ea res erat *Mdv.*^{2} *215* || 19 de qua agebatur **P** : qu(a)e agebatur **GMV** : *om.* **H** : itaque agebatur *Mdv. ib.* | ut **PH** : uti **GM** : utrum **V** | et **PH** : an **GMV** | eos] cos. *La. 15* || 20 senatores **P**^{1} | semper *om.* **G**^{1} || 21 iis **GH** : is **V** : his **PM** || 22 non esse veniendum *add. Ha.* | ⟨qui⟩ ipsi, ⟨cum⟩ non venerint, intellegunt *ego* : ipsi, ⟨si⟩ non venient, intellegent *Kasten, qui vocem* non *ante* intellegent *secludendam esse recte divinavit. ceterae huius loci emendationes ex male percensis codd. pendent* : ipsi non venirent intellegent (intellig- **MV**) **P**^{1}**GMV** : ipsi non venire ni intellegent **P**^{2} : ut ipsi non venirent non intelligentes **H** || 23 vehementer *om.* **H** | iis **GHM** : is **V** : his **P** || 24 et^1 *om.* **H** | propter ω : pro **P**^{1} : per *Ha.* || 25 quo *ex* quod **P**^{2} || 26 *sq.* arbitrio suo quenque **H**

arbitratu timere oportere. cur ego non timuerim quaeris? quia te illinc abisse constabat. cur, cum viri boni non nulli putarint tuto se in senatu esse non posse, ego non idem senserim? cur, cum ego me existimassem tuto omnino in civitate esse non posse, illi remanserunt? an aliis licet, et recte licet, in meo metu sibi nihil timere, mihi uni necesse erit et meam et aliorum vicem pertimescere?

9 An quia non condemnavi sententia mea duo consules sum reprehendendus? eos igitur ego potissimum damnare debui quorum lege perfectum est, ne ego idemnatus atque optime de re publica meritus damnatorum poenam sustinerem? quorum etiam delicta propter eorum egregiam in me conservando voluntatem non modo me sed omnis bonos ferre oporteret, eorum optimum consilium ego potissimum per eos in meam pristinam dignitatem restitutus meo consilio repudiarem? at quam sententiam dixi? primum eam quam populi sermo in animis nostris iam ante defixerat, deinde eam quae erat superioribus diebus agitata in senatu, denique eam quam senatus frequens tum cum mihi est adsensus secutus est, ut neque allata sit a me res inopinata ac recens, nec, si quod in sententia vitium est, maius sit eius qui dixerit quam omnium qui probarint.

10 At enim liberum senatus iudicium propter metum non fuit. si timuisse eos facis qui discesserunt, concede non timuisse eos qui remanserunt. sin autem sine iis qui tum afuerunt nihil decerni libere potuit, cum omnes adessent coeptum est referri de inducendo senatus consulto; ab universo senatu reclamatum est.

5 Sed quaero in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum eius atque auctor, quid reprendatur. utrum causa novi consili capiendi non fuit, an meae partes in ea causa non praecipuae fuerunt, an alio potius confugiendum fuit [vis]? quae causa maior quam fames esse potuit, quam seditio,

1 ego **P** : ergo ω | illinc (-nc *in ras.*) **P** : illim *Mue.* || 3 me **PH** : *om.* **GMV** | existimassem *Naug.* : (a)estimavissem **P**^{2}**H** : sensissem **GMV** : *om.* **P**^{1} || 4 illi remanserunt *Mue., cf.* 20 : illi rerunt (*ex* rerum) **P** : illi senserunt **GMV** : illuc irem **H** | an aliis **P**^{2}**H** ς : an meis **G** : anne is **V** : an eis **M** : *om.* **P**^{1} || 5 metu sibi *ex* metus **P**^{2} || 6 vicem **PGV** : cedem **H** : *om.* **M** || 7 condemnavi **P** : -pnavi **H** : condemnati **GM** : -pnati **V** | duos **H** | sum **PH** : sunt **GMV** | reprehendendus **P**^{2}**H** : repraeenden*s **P**^{1} : reprehendes nos **GMV** : reprendendus *Zie. 177* || 9 atque ... meritus *del. Ka. 399, Schoe. 423* || 10 quarum **P**^{1} || 11 oporteret *in ras.* **P**^{2} || 13 dignitatem **GHM** *cf. § 86 p. 66, 4* : salutem **V** : *om.* **P** : fortunam *Schoe. 430, cf. Sest. 121* | at *ex* ad **P**^{2} || 14 *eam (m *eras.*) **H** | nostris **PGM** : vestris **HV** *Urs.* || 15 deinde] denique **V** || 15. 16 denique eam *Cobet, Mnem. 3, 1854, 234* : de eam **P**^{1} : deinde eam **P**^{2}**H** : *om.* **GMV** || 17 allata sit **P**^{2}**H** : allatast **P**^{1} : sit allata **GMV** || 21 iis *edd.* : his ω : hys **V** | afuerunt *edd.* : abf- **M** : aff- **GHV** : fu- **P** || 22 indicendo **H** || 24 sentia **P**^{1} || 25 quid reprehendatur *ante* 24 quoniam *transp.* **GMV** | reprendatur **P**^{2} : repraendatur **P**^{1} : reprehendatur **GHMV** | capiendi (-endi *add.* **G**^{1} *mg.*) ω : capienda **P** || 27 fuit [vis]? quae *Bai.* : fuit vis. quae **P**^{2}**H** : fuit. vis quae **M** : fuit vis. qua **P**^{1} : fuit. vis qua **GV** : fuit? quae vis, quae ς : fuisse vis? quae ς *La. 17* : fuit nobis? quae *Mue.* : fuit vis⟨ceribus rei p. appetitis⟩? quae *Syd.*^{3} *187* | causam mor **P**^{1} | quam fames *om.* **GMV**

quam consilia tua tuorumque, qui facultate oblata ad imperitorum ani-
mos incitandos renovaturum te tua illa funesta latrocinia ob annonae cau-
sam putarunt? frumentum provinciae frumentariae partim non habe- 11
bant, partim in alias terras, credo, propter varietatem venditorum mise-
rant, partim, quo gratius esset tum cum in ipsa fame subvenissent, custo-
diis suis clausum continebant, ut sub novum mitterent. res erat non in
opinione dubia, sed in praesenti atque ante oculos proposito periculo,
neque id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus. nam cum
ingravesceret annona, ut iam plane inopia ac fames, non caritas timere-
tur, concursus est ad templum Concordiae factus senatum illuc vocante
Metello consule. qui si verus fuit ex dolore hominum et fame, certe con-
sules causam suscipere, certe senatus aliquid consili capere potuit; sin
causa fuit annona, seditionis quidem instimulator et concitator tu fuisti,
nonne id agendum nobis omnibus fuit ut materiem subtraheremus furori
tuo? quid? si utrumque fuit, ut et fames stimularet homines et tu in hoc 12
ulcere tamquam inguen exsisteres, nonne fuit eo maior adhibenda medi-
cina quae et illud nativum et hoc oblatum malum sanare posset? erat igi-
tur et praesens caritas et futura fames. non est satis; facta lapidatio est.
si ex dolore plebei nullo incitante, magnum malum; si P. Clodi impulsu,
usitatum hominis facinerosi scelus; si utrumque, ut et res esset ea quae
sua sponte multitudinis animos incitaret et parati atque armati seditionis
duces, videturne ipsa res publica et consulis auxilium implorasse et se-
natus fidem? atqui utrumque fuisse perspicuum est. difficultatem anno-
nae summamque inopiam rei frumentariae, ut homines non iam diutur-
nam caritatem, sed ut famem plane timerent, nemo negat. hanc istum

3 frumentum provinciae, quod gratius esset cum ipsa fame subvenisse . . . **6** mitterent *Arusianus, GL VII 509, 4* || **16** *cf. Lucilius 1195 Marx* inguen ne existat; *Fronto p. 89, 20 Naber, p. 84, 4 van den Hout* postea etiam inguem ex ulcere extitit

2 incitandus **P^1** | illa ς : illis ω : ⟨cum⟩ illis *Ha.* | ob annonae causam **H** : binum non(a)e causam **PMV** : *om.* **G** *in lac.* : per annonae causam *Mdv.^{2} 215, cf. Schoenb.^{1} 1382* || **3** putarunt ς : putavit ω : *om.* **G** *in lac.* : putavisti ς | frumentariae . . . **5** partim *om. Arus.* || **4** partim **P^{2}HG^{2}V** : partis **P^{1}G^{1}M** | varietatem] avaritiam *Graev.* : aviditatem *Ha.* : caritatem *Mdv.^{2} 215. sed cf. Rue. 15* || **5** quod *Arus.* | tum *om. Arus.* | in *om. Arus.* | subvenisse *Arus.* || **6** sub *Arus., cf. A. Kl.^{1} 378* : subito ω *Schoenb.^{3} 831* | novo **P^1** || **7** praesenti *Man.* : praesentia ω : praesenti iam *Cl.* | propositos **P^1** || **9** ingravasceret **G** || **10** concursum **GMV** | factus **P^{2}H** : fac **P^1** : factum **GMV** || **12** senatum . . . oportuit *Mdv.^{2} 215, fort. recte* || **13** annona* **P** | *seditionis **P** || **15** utrimque **H** || **16** ulcere **GHMV** : vicere **P^1** : viscere **P^2** | inguen **PGV** : unguem **M** : ungē **H^1** : ungen **H^2** || **17** nativum (u *in ras., ex* o *susp. Bai.*) **P** | oblatum *Iw. Mueller ap. Rue. 16, cf. § 62 p. 57, 25; ac. 2, 48* : delictum ω : adiectum *Mdv.^{1} 18* : a te fictum *Jeep^2 8* : delicti tui *Syd.^{2} 172* : defixum *De Saint-Denis 210, alii alia* || **18** non est] nonne **M** : inde **H** || **19** plebei (i *in ras.* **P^2**) **PH** : plebe ī **V** : plebem **GM** || **20** facinerosi **P** : -nor- **H** : facinus est **GMV** | scelus **PH** : scelus est **GM** : *om.* **V** | et **PGV** : *om.* **HM** || **21** et **PH** : ut **GMV** || **22** implorasset **P^1** || **23** atqui **H** *cf. Thes. Ling. Lat. 2, 1085, 14* : atquin (at quī **M**) ω || **25** ut *om.* **G** | hunc **H**

oti et pacis hostem causam arrepturum fuisse ad incendia, caedes, rapinas
13 nolo, pontifices, suspicemini, nisi videritis. qui sunt homines a Q. Metello, fratre tuo, consule in senatu palam nominati, a quibus ille se lapidibus adpetitum, etiam percussum esse dixit? L. Sergium et M. Lollium nominavit. quis est iste Lollius? qui sine ferro ne nunc quidem tecum est, qui te tribuno plebis, nihil de me dicam, sed qui Cn. Pompeium interficiendum depoposcit. quis est Sergius? armiger Catilinae, stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum, damnatus iniuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiae. his atque eius modi ducibus cum tu in annonae caritate in consules, in senatum, in bona fortunasque locupletium per causam inopum atque imperitorum repentinos impetus comparares, cum tibi salus esse in otio nulla posset, cum desperatis ducibus decuriatos ac discriptos haberes exercitus perditorum, nonne providendum senatui fuit ne ⟨iniecta⟩ in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhaeresceret?

6
14 Fuit igitur causa capiendi novi consili. videte nunc fuerintne partes meae paene praecipuae. quem tum Sergius ille tuus, quem Lollius, quem ceterae pestes in lapidatione illa nominabant, quem annonam praestare oportere dicebant? nonne me? quid? operarum illa concursatio nocturna non a te ipso instituta me frumentum flagitabat? quasi vero ego aut rei frumentariae praefuissem aut compressum aliquod frumentum tenerem aut in isto genere omnino quicquam aut curatione aut potestate valuissem. sed homo ad caedem imminens meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat.

5 quis est . . . tecum est? quis est iste (ille *Mart.*) Lollius? armiger . . . 8 corporis, concitator tabernariorum, percussor, lapidator fori, depopulator curiae (fori depopulator *om. Mart.*) *Aquila, RL 28, 7 et Martianus Capella, RL 479, 24* (5 quis est . . . tecum est *om. codd. Aquilae, add. ex Mart. quem exempla non ex Cic. ipso sed ex Aquila petiisse constat*)

1 arreptu** **G** || 2 nisi **PH** : si **GMV** || 3 tuo **PH** : suo **GMV** | lapidabus **H**[1] || 4 etiam] et **H** | et *om.* **G** || 5 fero **P**[1] || 6 qui te . . . 7 depoposcit *om. Aquila, Mart.* || 7 Sergius] iste Lollius *Aquila* : ille Lollius *Mart.* || 8 signifer seditionis *om. Aquila, Mart.* | damnatus iniuriarum *om. Aquila, Mart.* || 9 fori . . . obsessor *om. Mart.* | obsessor *ω* : op- **P** : *om. Aquila* | curiae] patriae **H** || 10 huiusmodi **M** || 11 locupletum **H** : locupetium **V** | per causam **PGM** : percussam **HV** | imperitorum **PGV** : imparatorum **M** : peregrinorum **H** || 13 discriptos *Buecheler* : des- *ω* || 14 ne *om.* **GMV** | iniecta *add. Schoe. 430, cf. har. resp. 45 p. 110, 10* : iacta *vel pro* 15 ista *vel post* 15 fax *add. Rue. 16, cf. § 63 p. 58, 5* : iacta *post* 15 seditionis *add. Mue.* : *lectionem codd. def. Ernout 146* | in hac tanta materie *Savels*[2] *13, cf. § 63 p. 58, 4* in me uno . . . || 15 ista **PH** : ne **GMV** || 17 p(a)ene *ω* : *om.* **H** : in ea re *Lahmeyer*[1] *504, cf. § 10 p. 38, 26* in ea causa : personae *Syd.*[1] *228* || 18 caeterae *ex* caerae **P**[2] || 19 operarum *Lehmann 355* : puerorum *ω* || 20 non a **PG** : num a **H** : nam **MV** | ipso **G** : ipsa *ω* | instituta **P**[2]**H** : stituta **P**[1] : statuta **GV** : statua **M** | instituta . . . flagitabat? *distinxit Lb.* : instituta? . . . flagitabant. *Or.* | flagitabat **PG** : -bant **HMV** | quasi] $q^{u}i$ (?) *in ras.* **H** || 23 operis **PHM** : peritis **V** : *om.* **G** | sediderat **P**[1]

Cum de mea dignitate in templo Iovis Optimi Maximi senatus frequen-
tissimus uno isto dissentiente decrevisset, subito illo ipso die carissimam
annonam necopinata vilitas consecuta est. erant qui deos immortales — 15
id quod ego sentio — numine suo reditum meum dicerent comprobasse.
non nulli autem illam rem ad aliam rationem coniecturamque revocabant;
qui, quod in meo reditu spes oti et concordiae sita videbatur, in discessu
autem cotidianus seditionis timor, iam paene belli depulso metu com-
mutatam annonam esse dicebant. quae quia rursus in meo reditu facta
erat durior, a me, cuius adventu fore vilitatem boni viri dictitarant, an-
nona flagitabatur. ego denique non solum ab operis tuis impulsu tuo no- 7
minabar, sed etiam depulsis ac dissipatis tuis copiis a populo Romano
universo qui tum in Capitolium convenerat, cum illo die minus valerem,
nominatim in senatum vocabar. veni exspectatus; multis iam sententiis 16
dictis rogatus sum sententiam; dixi rei publicae saluberrimam, mihi ne-
cessariam. petebatur a me frumenti copia, annonae vilitas; possem aliquid
in ea re necne ratio non habebatur. flagitabar bonorum expostulatione,
improborum convicia sustinere non poteram. delegavi amico locupletiori,
non quo illi ita de me merito onus illud imponerem — succubuissem enim
potius ipse —, sed quia videbam, id quod omnes, quod nos de Cn. Pom-
peio polliceremur id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate
denique sua facillime perfecturum. itaque sive hunc di immortales fruc- 17
tum mei reditus populo Romano tribuunt, ut, quem ad modum discessu
meo frugum inopia, fames, vastitas, caedes, incendia, rapinae, scelerum
impunitas, fuga, formido, discordia fuisset, sic reditu ubertas agrorum,
frugum copia, spes oti, tranquillitas animorum, iudicia, leges, concordia
populi, senatus auctoritas mecum simul reducta videantur, sive egomet
aliquid adventu meo consilio, auctoritate, diligentia pro tanto beneficio
populi Romani praestare debui, praesto, promitto, spondeo — nihil dico
amplius, hoc quod satis est huic tempori dico — rem publicam annonae
nomine in id discrimen quo vocabatur non esse venturam. num igitur in 8
hoc officio, quod fuit praecipue meum, sententia mea reprehenditur? rem 18
maximam fuisse summi⟨que⟩ periculi non solum a fame, sed etiam a cae-

1 ⟨nam⟩ cum *vel* cum ⟨enim⟩ *Lehmann 355* | meaddignitate **P**^{1} || **5** illam rem] rem *Ern.* : vilitatem *Jeep*^{3} *3* | aliam *Gesner* : illam **ω** : solam *La. 18* : ipsam *Mue* : *del.* (?) *Bai.* || **6** me **H**^{1} || **8** reditum **H**^{1} || **9** dictitarant *Ern.* : dictitabant **H** : dictabant **ω** || **10** operibus **GMV** || **12** volerem **H**^{1} || **13** in senatum nominatim *errore typogr.* (?) *edd.* || **14** sum *om.* **G** | mihi **PGV** : ac **M** : *om.* **H** || **15** quasi possem **H** || **16** in ea re necne ratio *Gar.* : in ea re . . . ratio *spatio quinque litt. relicto* **G** : in ea regeneratio **PM** : in ea regere actione **V** : in ea re gerenda **H** || **24** reditu meo **H** || **26** videatur **G** || **27** meo consilio auctorita- *om.* **P**^{1} | actoritate **P**^{2} || **28** p. r. **ω** : populo r. **H** || **29** tempore dicerem p. **P**^{1} || **30** id *om.* **H**^{1} | quo **G**^{1} : quod **ω** : ⟨in⟩ quod *Schoe. 439, adn. 1* || **32** fuisse **GMV** : potuisse **P** : eripui a peste **H** : patuisse *Syd.*^{2} *172* | summi⟨que⟩ *Mue.* : summi **ω** *Syd. ib.* : ⟨et⟩ summi *Mo.* | a fame *Ha.* : ea me **P** : eam **ω** : fame *A. Kl.*^{3} *216, fort. recte* | a caede **P** : a cedibus **GMV** : vos a cede **H**

de, incendiis, vastitate nemo negat, cum ad causam caritatis accederet
iste speculator communium miseriarum, qui semper ex rei publicae malis
sceleris sui faces inflammaret.

Negat oportuisse quicquam uni extra ordinem decerni. non iam tibi sic
respondebo ut ceteris, Cn. Pompeio plurima, periculosissima, maxima
mari terraque bella extra ordinem esse commissa; quarum rerum si quem
19 paeniteat, eum victoriae populi Romani paenitere. non ita tecum ago;
cum his haec a me haberi oratio potest qui ita disputant se, si qua res
ad unum deferenda sit, ad Cn. Pompeium delaturos potissimum, sed se
extra ordinem nihil cuiquam dare; cum Pompeio datum sit, id se pro
dignitate hominis ornare et tueri solere. horum ego sententiam ne laudem
impedior Cn. Pompei triumphis, quibus ille, cum esset extra ordinem ad
patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Romani imperium-
que honestavit; constantiam probo, qua mihi quoque utendum fuit, quo
20 ille auctore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque gessit. sed
cum illis possum tamen aliquid disputare, tua vero quae tanta impuden-
tia est ut audeas dicere extra ordinem dari nihil cuiquam oportere? qui
cum lege nefaria Ptolomaeum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini,
eodem iure regnantem, causa incognita publicasses populumque Roma-
num scelere obligasses, cum in eius regnum, bona, fortunas praeconium
huius imperi immisisses, cuius cum patre, avo, maioribus societas nobis
et amicitia fuisset, huius pecuniae deportandae et, si ius suum defende-
21 ret, bello gerendo M. Catonem praefecisti. dices: 'quem virum! sanctissi-
mum, prudentissimum, fortissimum, amicissimum rei publicae, virtute,
consilio, ratione vitae mirabili ad laudem et prope singulari.' sed quid ad
te qui negas esse verum quemquam ulli rei publicae extra ordinem prae-
9 fici? neque in hoc solum inconstantiam redarguo tuam, qui in ipso Catone,
quem tu in eo ⟨negotio⟩ non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo

1, 2 accedit et iste H ‖ 2 ex P^1 : in ω ‖ 3 fa*ces P | inflammarit H ‖ 4 negas *vel* negant *Ha. ap. Rue. 17* : negatis *Lahmeyer^1 699* | opatuisse P^1 | decerni P^{2}GHV : decerna* P^1 : discerni M : dari *Serruys 150* ‖ 5 respondeo G | gn. HM ‖ 6 terra marique H | esse] sunt H ‖ 7 necesse est penitere H ‖ 8 iis *Mue.* | oratio PGM : ratio HV | potest H ς : posset GMV : est P | qui* H | se P^{1}HP^3 : *om.* P^{2}GV : sed M | res est H ‖ 9 sit *om.* H | gn. PM | delaturos potissimum PH : -ra potissimum sit GM : potissimum -ra sit V ‖ 10 cum] quod *Ka. 404* ‖ 12 gn. HM | pompe (e *in ras.*) P | triumphis GH : -os P : -us M : *om.* V ‖ 14 quam P^1 | quo] qua H ‖ 15 mithridate P : mitri- H : mytri- M : methri- G : metudate V ‖ 16 tamen possum HV ‖ 18 ptolom(a)eum PH : ptholomeum GMV : ptolem- ς | cipri HV ‖ 20 praeconium *Sh. B. 264* : patrocinium ω *oxymori figura, La. 3* : latrocinium *Naug. sed cf. Schoe. 440* ‖ 21 maioribus *ex* matribus P^2 ‖ 22 ius *Ha.* : quis ω ‖ 23 bello gerendo *om.* G | virum! . . . 25 singulari' *distinxit Nis. 85 et vulgo* : virum!' . . . singulari *Schoe. 440* ‖ 25 vitae P^1 : vita P^{2}GHM : una V ‖ 26 verum P^{1}GMV : virum P^{2}H | rei p. ⟨parti⟩ *Ern.* ‖ 27 neque *Ha.* : atque ω *Woodcock 91* | solo G | qui] quid? *Mo.* : sed *Koch 13* : sed etiam *Mue.* | in ipso Catone *del. Kays.* ‖ 28 quē *ex* qui P^2 : ⟨qui⟩ quem *Koch ib.* | tu in eo ⟨negotio⟩ non *Ha., cf. § 23 p. 43, 15; Sest. 60* : tu in eo non P^2 : tu* inenon P^1 : tuo in eo non G : tu in illo non M : tu non H : tu meo V | produxerat P^1

scelere subduxeras, quem tuis Sergiis, Lolliis, Titiis ceterisque caedis et
incendiorum ducibus obieceras, quem carnificem civium, quem indemna-
torum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras — ad
hunc honorem et imperium extra ordinem nominatim rogatione tua de-
tulisti et tanta fuisti intemperantia ut illius tui sceleris rationem occul-
tare non posses. litteras in contione recitasti, quas tibi a C. Caesare mis- 22
sas diceres: 'CAESAR PVLCHRO', cum etiam es argumentatus amoris esse
hoc signum, ⟨quod⟩ cognominibus tantum uteretur neque adscriberet
'PRO CONSVLE' aut 'TRIBVNO PLEBI'; dein gratulari tibi quod [idem in
posterum] M. Catonem tribunatu tuo removisses, et quod eidem in
posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. quas
aut numquam tibi ille litteras misit aut, si misit, in contione recitari
noluit. at sive ille misit sive tu finxisti, certe consilium tuum de Catonis
honore illarum litterarum recitatione patefactum est.
Sed omitto Catonem cuius eximia virtus, dignitas et in eo negotio quod 23
gessit fides et continentia tegere videretur improbitatem et legis et actio-
nis tuae. quid? homini post homines natos turpissimo, sceleratissimo, con-
taminatissimo quis illam opimam fertilemque Syriam, quis bellum ⟨cum⟩
pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros constitutam, erep-
tam ex visceribus aerari, quis imperium infinitum dedit? cui quidem cum
Ciliciam dedisses, mutasti pactionem et Ciliciam ad praetorem item extra
ordinem transtulisti; Gabinio pretio amplificato Syriam nominatim de-

12 tibi litteras ille misit? quas aut numquam misit . . . **13** noluit. itaque sive . . . tu protulisti, certe . . . **13–14** de honore Catonis nudatum est *Rufinianus, RL 41, 4*

1 *anacoluthi tollendi causa* inconstans fuisti. nam *post* subduxeras *add. Naeg.*, inconstans fueris. nam *Rue. 19* : *emendationibus p. 42, 27* neque *Ha. et p. 42, 27* sed etiam *Mue. probatis vitium plena interpunctione post* subduxeras *et* **4** detulisti *sanare velit Nis. 86* | lollis **P**[1] : loliis **V** | titiis **GMV** : titis **P** : *om.* **H** | caedis et *ex* caedisit **P**[2] || **8** quod *add. Lb.* | cognominibus **P**[1] : cum nominibus **P**[2]**H** : cognominis **GMV** | uteretur **PH** : ut pr(a)etor **GMV** || **9** pro consule *Graev.* : proconsuli **PH** : proconsul **GMV** | tribuno plebi **P** : tribuno pl. **H** : -us plebi **V** : -us plebis **G** : tr. pl. **M** | gratularis **G** | tibi quod *Lb.* : tibi quod idem in posterum *ω* : quod tibi in posterum **V** || **10** tribunatu *ω Baehrens 535* : ⟨a⟩ tribunatu *Lb., mg.* | eidem *Urs.* : idem *ω* : ei dicendi *Ha. ap. Rue. 19* : dicendi *Mdv.*[2] *216* : eidem *Urs. probato* querendi *vel* dicendi *ante* **11** libertatem *add. La. 13*, linguae *Wui.*, *alii alia* || **11** quas . . . **12** litteras] tibi litteras ille misit? quas aut numquam *Rufin.*, *def. A. Kl.*[1] *375* || **12** contentione **H**[1] | recitare **P**[1] || **13** at *Ern.* : aut *ω* : itaque *Rufin.* | finxisti **GHV** : finxsisti *in ras.* **P** : misisti **M** : protulisti *Rufin.* : falsas protulisti *Schoe. 421* : fictas protulisti *Serruys 153* || **13.14** honore Catonis *Rufin.* || **14** illarum . . . recitatione *om. Rufin.* | patefactum] nudatum *Rufin.* || **16** videretur *ω* : videtur **G** : videntur *edd. vett. cf. A. Kl.*[4] *15* || **17** quid *ς* : quod *ω* || **18** optimam **H** | siriam **HM** | cum *add. Gesner, Wesenberg, Ad Cic. Tusc. disp. part. III, p. 25; cf. Rue. 19* || **20** visceribus aerari *Mdv.*[2] *216, spretum a Savelsio*[1 et 2] *33 et 18; cf. § 124 p. 79, 23; Pis. 28; ad Q. fr. 1, 3, 7* : vi c(a)esaris rebus actis *ω* || **21** dedisses **P** : -issem **GHM** : *deest* **V** || **22** siriam **HM**

disti. quid? homini taeterrimo, crudelissimo, fallacissimo, omnium scele-
rum libidinumque maculis notatissimo, L. Pisoni, nonne nominatim
populos liberos, multis senatus consultis, etiam recenti lege generi ipsius
liberatos, vinctos et constrictos tradidisti? nonne, cum ab eo merces tui
benefici pretiumque provinciae meo sanguine tibi esset persolutum, ta-
24 men aerarium cum eo partitus es? itane vero? tu provincias consularis,
quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo non abstulit
a senatu, sed etiam ut necesse esset quotannis constitui per senatum de-
cretas lege sanxit, eas lege Sempronia per senatum decretas rescidisti,
extra ordinem sine sorte nominatim dedisti non consulibus, sed rei publi-
cae pestibus; nos, quod nominatim rei maximae paene iam desperatae
summum virum saepe ad extrema rei publicae discrimina delectum prae-
10 fecimus, a te reprehendemur? quid tandem? si quae tum in illis rei publicae
tenebris caecisque nubibus et procellis, cum senatum a gubernaculis
deiecisses, populum e navi exturbasses, ipse archipirata cum grege
praedonum impurissimo plenissimis velis navigares – si quae tum pro-
mulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti perferre potuisses, ecqui
locus orbi terrarum vacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clo-
25 diano fuisset? sed excitatus aliquando Cn. Pompei – dicam ipso audiente
quod sensi et sentio, quoquo animo [modo] auditurus est – excitatus,
inquam, aliquando Cn. Pompei nimium diu reconditus et penitus abs-
trusus animi dolor subvenit subito rei publicae civitatemque fractam
malis, mutatam ac debilitatam, abiectam metu ad aliquam spem liber-
tatis et pristinae dignitatis erexit. hic vir extra ordinem rei frumentariae
praeficiendus non fuit?

Scilicet tu helluoni spurcatissimo, praegustatori libidinum tuarum, homini egentissimo et facinerosissimo, Sex. Cloelio, socio tui sanguinis,

14 cum ... 15 populum Romanum e ... 16 navigares *Martianus Capella, RL 473, 29*

1 fallacissimo *om.* **H** || 2 nonne **PH** : non **GV** : vero **M** || 3 generi *Robortelli* : soceri ω *cf. Kasten 148* || 7 graccus **H** : gracus **V** || 8 quodannis (*bis* **V**) **P**^{1}**V** | decretas *Urs., La. 19* : decreta ω : *del. Hot.* || 9 lege^2 ... rescidisti *del. Schoe., ALL 2, 205; fort. recte* | lege sempronia **G** : leges sempronias ω | recidisti **G** : rescidistis **V** || 11 rei **PH** : rei p. **MV** : r. p. **G** || 12 dilectum **P** | praefecimus **GM** : praeficimus **PHV** || 13 reprehendemur **HV** : reprae- **P** : reprehendimur **G** : -itur **M** : reprendemur *Zie. 177* || 15 populum Romanum *Mart.* | ipsi* **H** || 16 navigares **GMV** *Mart.* : *navigares **P** : navigasses **H** || 17 constituisti *om.* **G** | potuisses ecqui *Ha.* : potuisse sed qui **P** : -isses sed qui **G** : -isses sed et qui **M** : -isses si qui **V** : -isses qui **H** || 18 orbis **G** *sed cf. Verr. 4, 82; Sest. 66* | vacus **P**^{1} || 20 animo **V** : animo modo ω : animo me *ed. V.* | animo modo auditurus *in ras.* **H**^{2} || 22 animi **PH** : animo **GMV** || 23 mutatam ω *cf. Caes., b. c. 2, 29, 3* Caesaris beneficia mutaverat consuetudo qua offerentur; *cf. etiam E. Löfstedt, Syntactica 2, 1933, 382* : imminutam *Schmidt* : mutam *Naug., alii alia* | abiectam **PHG**^{2} : abiecto **G**^{1}**M** : obiectu **V** || 24 prisnae **P**^{1} || 26 spurcatissimo **G** : spurga- **P** : -s purgatissimo **M** : spurcissimo **HV** || 27 homino **G** | facinerosissimo **P** : -nor- ω | cloelio **PH** *Sh. B.* clodio **GM** : pł. delio **V**

qui sua lingua etiam sororem tuam a te abalienavit, omne frumentum pri-
vatum et publicum, omnis provincias frumentarias, omnis mancipes,
omnis horreorum clavis lege tua tradidisti; qua ex lege primum caritas
nata est, deinde inopia. impendebat fames, incendia, caedes, direptio,
imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. queritur etiam importuna 26
pestis ex ore impurissimo Sex. Cloeli rem frumentariam esse ereptam
summisque in periculis eius viri auxilium implorasse rem publicam a quo
saepe se et servatam et amplificatam esse meminisset! extra ordinem
ferri nihil placet Clodio. quid? de me quod tulisse te dicis, patricida,
fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? an de peste civis,
quem ad modum omnes iam di atque homines iudicarunt, conservatoris
rei publicae, quem ad modum autem tute ipse confiteris, non modo in-
demnati sed ne accusati quidem, licuit tibi ferre non legem sed nefarium
privilegium lugente senatu, maerentibus bonis omnibus, totius Italiae
precibus repudiatis, oppressa captaque re publica; mihi populo Romano
implorante, senatu poscente, temporibus rei publicae flagitantibus non
licuit de salute populi Romani sententiam dicere?

Qua quidem in sententia si Cn. Pompei dignitas aucta est coniuncta 27
cum utilitate communi, certe laudandus essem si eius dignitati suffraga-
tus viderer, qui meae saluti opem et auxilium tulisset. desinant, desinant **11**
homines isdem machinis sperare me restitutum posse labefactari quibus
antea stantem perculerunt. quod enim par amicitiae consularis fuit um-
quam in hac civitate coniunctius quam fuimus inter nos ego et Cn. Pom-
peius? quis apud populum Romanum de illius dignitate inlustrius, quis
⟨in⟩ senatu saepius dixit? qui tantus fuit labor, quae simultas, quae con-
tentio quam ego non pro illius dignitate susceperim? qui ab illo in me ho-
nos, quae praedicatio de mea laude, quae remuneratio benivolentiae
praetermissa est? hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in 28
re publica bene gerenda, hanc iucundissimam vitae atque officiorum
omnium societatem certi homines fictis sermonibus et falsis criminibus
diremerunt, cum idem illum ut me metueret, me caveret monerent, idem

9, 10 matricida, fratricida, sororicida *Pompeius, GL V 306, 18*

3 ex lege *Ha.* : exige $\mathbf{P}^1$: ex re *ω* || **4** impendebat **HM** : inpediebat **PGV** || **5** quaeritur **G** || **6** cloeli(i) **PHV** : clodii **GM** || **7** a **P** : *om. ω* || **9** patricida *edd.* : parricida (-d*a **P**) *ω La. 9* : matricida *Pomp.* : *deest* **V** || **10** fratricida $\mathbf{PH}^2$ *Pomp.* : fatricida $\mathbf{H}^1$: *om.* **GMV** *La. ib.* | sororicida *del. La. ib.* || **11** iam *om.* **G** || **14** Italiae] galliae **G** || **15** re* p. **P** || **17** publicam sententiam **G** || **18** in *del. Wolf, cf. Schoe. 437, adn. 1* | sententiam $\mathbf{P}^1$ | si *edd.* : sic *ω* : *om.* **G** | acta $\mathbf{P}^1$ || **19** certe ... **20** tulisset *om.* **H** || **20** desinant desinant **PH** : desinant **GV** : designant **M** || **21** isdem **PHV** : iisdem **GM** || **22** par *ex* per $\mathbf{P}^2$ | amicitia consulari *Savels² 21, cf. Rue. 21* | consularis *om.* **H** || **23** ego* et (t *in ras.*) **P** || **24** inlustrius *ς Lb.* : industrius *ω* : industrus **M** || **25** in senatu *ς Lb.* : senatu $\mathbf{P}^1$: senatui *ω* || **27** benevolentiae **P** : benivolentia **V** || **28** praetermissaast $\mathbf{P}^1$ || **29** iucundissima **G** || **31** me¹ **PH** : *om.* **GMV**

apud me mihi illum uni esse inimicissimum dicerent, ut neque ego ab illo quae mihi petenda essent satis audaciter petere possem, neque ille tot suspicionibus certorum hominum et scelere exulceratus, quae meum
29 tempus postularet, satis prolixe mihi polliceretur. data merces est erroris mei magna, pontifices, ut me non solum pigeat stultitiae meae sed etiam pudeat, qui, cum me non repentinum aliquod meum tempus, sed veteres multo ante suscepti et provisi labores cum viro fortissimo et clarissimo coniunxissent, sim passus a tali amicitia distrahi neque intellexerim quibus aut ut apertis inimicis obsisterem aut ut insidiosis amicis non crederem.

Proinde desinant aliquando me isdem inflare verbis: 'quid sibi iste volt? nescit quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate
30 sit restitutus? cur ornat eum a quo desertus est?' ego vero neque me tum desertum puto sed paene deditum, nec quae sint in illa rei publicae flamma gesta contra me neque quo modo neque per quos, patefaciundum mihi esse arbitror. si utile rei publicae fuit haurire me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem, etiam hoc utile est, quorum id scelere conflatum sit me occultare et tacere. illud vero est hominis ingrati tacere, itaque libentissime praedicabo, Cn. Pompeium studio et auctoritate aeque ⟨atque⟩ unum quemque vestrum opibus, contentione, precibus,
12 periculis denique praecipue pro salute mea laborasse. hic tuis, Publi Lentule, cum tu nihil aliud dies et noctes nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit; hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit; hic municipia coloniasque adiit; hic Italiae totius auxilium cupientis imploravit; hic in senatu princeps sententiae fuit, idemque cum *** dixisset, tum etiam pro salute mea populum Romanum obsecravit.

31 Qua re istam orationem qua es usus omittas licet, post illam sententiam quam dixeram de annona pontificum animos esse mutatos; proinde quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego existimo sentiant, aut quid mihi

2 audacter **H** *sed cf. Font. 11; Cael. 13; de sen. 72* || 3 exulceratus quae **P²G²** : exuic- quae **P¹** : exuisc- quae **HP³** : exulerat usque **G¹V** : exul erat ut quae **M** || 4 erroris] terroris **P** || 6 repen**tinum **H** | tempus meum *errore typogr.(?) Mue.* || 7 claris **G** *in fine versus* || 8 a tali **PH** : ab illa **GMV** | distrahi ⟨me⟩ *Lahmeyer² 113, sed cf. Schoe. 441* || 11 me *om.* **G** | isdem **PHV** : iisdem **G** : hisdem **M** || 12 volt **PV** : vult **GH** : *deest* **M** | res gesserit] regesserit **P** | dignita **P¹** || 13 a **GHM** : *om.* **PV** || 16 harire **P¹** : hauri **M** || 17 utile est **P²** : utiles **P¹** : utile sit **H** : utile fuit **GM** : utile **V** || 20 atque *add. R. Kl.* | unumquemque **PHM** : unumque **GV** || 24 adiutor **PH** : auctor **GMV** | rem **H** : rem p. **ω** || 27 cum *om.* **P¹** | *post* cum *lac. statuit Bai.; cf. Rue. 22* : cum ⟨sententiam⟩ *vel* ⟨causam⟩ *Cl.* : cum ⟨senatus probasset quae⟩ *Schoe. 428* : cum ⟨senatu adplaudente⟩ *A. Kl.* || 29 qua es usus **PM** : qua est usus **H** : quesumus **G** : qua|uesus **V** || 30, 31 quasi (i *in ras.* **P**) isti (is* **P¹**) aut **PM** : quas isti aut **GH** : quas iste **V** || 31 aliter **PM** : aliterque **GHV** | sentiant **P²GHM** : sentiat **V** : senti **P¹**

pro exspectatione populi Romani, pro Cn. Pompei meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit ignorent, aut etiam, si cuius forte pontificis animum, quod certo scio aliter esse, mea sententia offendit, alio modo sit constituturus aut de religione pontifex aut de re publica civis quam eum aut caerimoniarum ius aut civitatis salus coegerit.

Intellego, pontifices, me plura extra causam dixisse quam aut opinio 32
tulerit aut voluntas mea; sed cum me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam. sed hoc compensabo brevitate eius orationis quae pertinet ad ipsam ⟨causam⟩ cognitionemque vestram; quae cum sit in ius religionis et in ius rei publicae distributa, religionis partem, quae multo est verbosior, praetermittam, de iure rei publicae dicam. quid est enim aut tam adrogans 33
quam de religione, de rebus divinis, caerimoniis, sacris pontificum collegium docere conari, aut tam stultum quam, si quis quid in vestris libris invenerit, id narrare vobis, aut tam curiosum quam ea scire velle de quibus maiores nostri vos solos et consuli et scire voluerunt? nego potuisse 13
iure publico, legibus iis quibus haec civitas utitur, quemquam civem ulla eius modi calamitate adfici sine iudicio. hoc iuris in hac civitate etiam tum cum reges essent dico fuisse, hoc nobis esse a maioribus traditum, hoc esse denique proprium liberae civitatis ut nihil de capite civis aut de bonis sine iudicio senatus aut populi aut eorum qui de quaque re constituti iudices sint detrahi possit.

Videsne me non radicitus evellere omnis actiones tuas neque illud 34
agere, quod apertum est, te omnino nihil gessisse iure, non fuisse tribunum plebis, hodie esse patricium? dico apud pontifices, augures adsunt; versor in medio iure publico. quod est, pontifices, ius adoptionis? nempe ut is adoptet qui neque procreare iam liberos possit et, cum potuerit, sit expertus. quae deinde causa cuique sit adoptionis, quae ratio generum ac dignitatis, quae sacrorum, quaeri a pontificum collegio solet. quid est horum in ista adoptione quaesitum? adoptat annos viginti natus, etiam minor, senatorem. liberorumne causa? at procreare potest, habet uxorem, suscipiet ex ea liberos; exheredarit igitur pater filium. quid? sacra Clodiae

23 videsne non radicitus evellere totum tribunatum tuum et cetera (*v. § 38*) *Aquila, RL 24, 29*

3 certe **GMV** || 4 sit **GMV** : sic $\mathbf{P}^1\mathbf{H}$: sim $\mathbf{P}^2$ | pontifex *Gul.* : pontifices **PGV** : -cis **H** ς : -cum **M** || 5 civis quam eum *Gul.* : cuiusquam meum ω || 6 aut **GMV** : ut **PH** || 7 tulerat *Graev.* || 9 causam ς || 11 praetermittam **P** : pr(a)etermittens ω || 14 quid ς : quod ω | libris *om.* **GMV** || 15 de quibus *ex* quae $\mathbf{G}^2$ || 17 iis $\mathbf{P}^2\mathbf{GH}$: is $\mathbf{P}^1\mathbf{V}$: his **M** || 20 civis **PH** : eius **GMV** || 21 siue $\mathbf{H}^1$ || 23 me *om. Aquila* | non *del. Lb., unde* meque *pro* neque *Osiander*, atque *R. Kl., sed cf. Mdv.*^{2} *217* || 25 hodie **P** : hoc dico **H** : hoc **G** : hunc **M** : *om.* **V** | patricium] parricidium **H** | dico . . .] *cf. Sh. B. 264* || 28 sit* (a *eras.*) **P** | generarum $\mathbf{P}^1$ || 30 ·XX· ω || 31 liberorumve **H** | ad $\mathbf{P}^1$ || 32 suscepit **H** | ex ea **GV** *cf. A. Kl.*^{2} *512* : ab ea **M** : iam **P** : etiam **H** | exheredarit *Nis. 98* : -abit **P** : -avit ω | igitur *om.* **H**

gentis cur intereunt, quod in te est? quae omnis notio pontificum, cum **35** adoptarere, esse debuit. nisi forte ex te ita quaesitum est, num perturbare rem publicam seditionibus velles et ob eam causam adoptari, non ut eius filius esses, sed ut tribunus plebis fieres et funditus everteres civitatem. respondisti, credo, te ita velle. pontificibus bona causa visa est; adprobaverunt. non aetas eius qui adoptabat est quaesita, ut ⟨in⟩ Cn. Aufidio, M. Pupio, quorum uterque nostra memoria summa senectute alter Oresten, alter Pisonem adoptavit, quas adoptiones sicut alias innumerabiles hereditates nominis, pecuniae, sacrorum secutae sunt. tu neque Fonteius es, qui esse debebas, neque patris heres neque amissis sacris paternis in haec adoptiva venisti. ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus, et quam deseruisti et quam polluisti, iure Quiritium legitimo tutelarum et hereditatium relicto factus es eius filius contra fas cuius per **14 36** aetatem pater esse potuisti. dico apud pontifices: nego istam adoptionem pontificio iure esse factam, primum quod eae vestrae sunt aetates ut is qui te adoptavit vel fili tibi loco per aetatem esse potuerit vel eo quo fuit, deinde quod causa quaeri solet adoptandi ut et is adoptet qui, quod natura iam adsequi non potest, legitimo et pontificio iure quaerat et ita adoptet ut ne quid aut de dignitate generum aut de sacrorum religione minuatur, illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne qui dolus adhibeatur, ut haec simulata adeptio fili quam maxime veritatem illam suscipiendo- **37** rum liberorum imitata esse videatur. quae maior calumnia est quam venire imberbum adulescentulum, bene valentem ac maritum, dicere filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare; id autem scire et videre omnes, non ut ille filius instituatur, sed ut e patriciis exeat ⟨et⟩ tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari, neque id obscure; nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius qui adoptarit? cur ergo adop-

23 (imberbum) *cf. Charisius, GL I 95, 19 (p. 122, 11 Barwick)* sed et Cicero inberbum per ⟨u⟩ dixit, non inberbem; *Beda, GL VII 276, 27*

1 quae] quia **H** | notio **P** : natio *ω* | cum **PH** : vel cum **GMV** || 2 adoptarere *Lb.* : -are **PV** : -aret **GHM** | num] nunc **P** | perturbare **P**^{2} : -ari *ω* || 3 adoptari **GH** : optari **PMV** || 4 eius *om.* **H** | esse **P**^{1} | et *ex* sed **P**^{2} || 6 quesita est **H** | in *add. Man.* || 6.7 cn. (gn. **M**) aufidio **PGM** : gn. ut fidio **H** : cn. pompeio ut fido **V** || 7 Pupio *edd.* : puppio *ω* || 8 sicut *bis* **H**^{1} || 11 ita *om.* **G** || 13 hereditatium **PG** : -tum **HMV** || 14 aput **P** || 15 iure pontificio **G** : pontificio **V** | eae **PGM** : heae **H** : *om.* **V** | sunt **GM** : sint **PHV** || 16 qui **GHM** : qui* **P** : quia **V** | vel^{1} *om.* **M** | filii **M** : illi **PGV** : ille **H** | tibi *sscr.* **H**^{1} | vel eo quo fuit (fui **P**^{1} **GV**) *ω* : filii **M** : *del. Ka. 400, Jordan 6, sed cf. Bus. 1358* || 17 qu(a)eri solet causa **GMV** | ut et is **P** : ut (*ex* et **G**^{2}) is **GH** : ut tis **V** : ut te is **M** || 19 muniatur **H** || 20 ne qui **PH** : neque qui **GMV** || 21 adeptio *Pantagathus, cf. A. Kl.*^{4} *16* : adipio (p *ex* c *ut videtur*) **P**^{1} : aditio **GV** : adoptio **P**^{2}**HM** : adiectio **P**^{3} || 23 imberbum **P**^{2}**G** *cf. Charis., Beda* : inuerbum **P**^{1} : imberbem **HMV** | meritum **HV** | dicere **P**^{2} : diceres *ω* : dicere se *Bai., sed cf. Schoe. 441* || 25 ut^{2}] ut ⟨si⟩ *Ha.* || et *add. edd.* || 26 id **PHM** : hic **GV** | obscurari. iam *La. 21* || 27 emanciparim **P**^{1} | cur . . . p. 49, 2 relinquetur *om.* **H** | adoptat **M** : -abatur **V**

tabat? probate genus adoptionis: iam omnium sacra interierint, quorum
custodes vos esse debetis, iam patricius nemo relinquetur. cur enim quis-
quam vellet tribunum plebis se fieri non licere, angustiorem sibi esse
petitionem consulatus, in sacerdotium cum possit venire, quia patricio
non sit is locus, non venire? ut cuique aliquid acciderit qua re commodius
sit esse plebeium, simili ratione adoptabitur. ita populus Romanus brevi 38
tempore neque regem sacrorum neque flamines nec Salios habebit nec
ex parte dimidia reliquos sacerdotes neque auctores centuriatorum et
curiatorum comitiorum, auspiciaque populi Romani, si magistratus pa-
tricii creati non sint, intereant necesse est, cum interrex nullus sit, quod
et ipsum patricium esse et a patriciis prodi necesse est.

Dixi apud pontifices istam adoptionem nullo decreto huius collegi
probatam, contra omne pontificum ius factam pro nihilo esse habendam;
qua sublata intellegis totum tribunatum tuum concidisse. venio ad augu- 15 39
res, quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor; non sum in ex-
quirendo iure augurum curiosus; haec quae una cum populo didici, quae
saepe in contionibus responsa sunt, novi. negant fas esse agi cum populo
cum de caelo servatum sit. quo die de te lex curiata lata esse dicatur,
audes negare de caelo esse servatum? adest praesens vir singulari virtute,
constantia, gravitate praeditus, M. Bibulus; hunc consulem illo ipso die
contendo servasse de caelo. 'infirmas igitur tu acta C. Caesaris, viri for-
tissimi?' minime; neque enim mea iam quicquam interest exceptis iis
telis quae ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. sed haec de 40
auspiciis, quae ego nunc perbreviter attingo, acta sunt a te. tu tuo prae-
cipitante iam et debilitato tribunatu auspiciorum patronus subito ex-
stitisti, tu M. Bibulum in contionem, tu augures produxisti, te interrro-
gante augures responderunt, cum de caelo servatum sit, cum populo
agi non posse, tibi M. Bibulus quaerenti se de caelo servasse respondit,
idemque in contione dixit ab Appio tuo fratre productus te omnino,

1 iam **GMV** : tam **P** | sacram **P^1** || 3 non *om.* **G^1** || 5 non venire *om.* **G** || 7 regem] legem **G** | flammes **H** : flammines **V** | silios **H** : salia **V** || 9 curiatorum **G^{2}V** : curatorum **PG^{1}HM** | et comitiorum **H** | patrici **P^1** || 10 sint] sit **G^1** | nullus **GMV** : nullius **PH** || 11 a *om.* **GMV** | patriciis **G** : -ii **P^1** : -io **P^{2}HV** : -ius **M** | necesse est *ex* necesset **P^2** || 14 concidis **P^1** || 16 didici **GHM** : dici **PV** || 17 con**tionibus **G** : condicionibus **V** || 18 cum **G^{2}M** : *om.* **PG^{1}HV** | quo die **GMV** : quo die** (ie *in ras.*) **P** : quod id **H** || 21 infirmas **P^1** *Mdv.^{2} 217, cf. Serruys 153* : infirma sunt **P^{2}GHV** : infirma **M** | tu *Mdv. ib.* : tua *ω* : *om.* **G** : tua sententia *ς* | viri fortissimi *om.* **G** || 22 enim **GH** : enim me **PM** : me enim **V** | iis **P^{2}GM** : his **H** : hys **V** : *om.* **P^1** || 24 breviter nunc **G** || 26 contionem **PGV** : -e **HM** | te interrogante **GHM** : te -anti **P** : te -ati **V** : ⟨a⟩ te -ati *Mo.* : tibi -anti *Lahmeyer^2 113* || 28 posse tibi **P^{2}GM** : posset tibi **V** : possit ibi **P^1** : posse **H** | se *om.* **GV** || 29 ab appio *ς* : ab oppio **PH** : a. D. oppio **G** : ab (a **M**) doppio **MV** | fratre tuo **HM** | te omnino *om.* **G**

quod contra auspicia adoptatus esses, tribunum non fuisse. tua denique omnis actio posterioribus mensibus fuit, omnia quae C. Caesar egisset, quod contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere; quod si fieret, dicebas te tuis umeris me custodem urbis in urbem relaturum. videte hominis amentiam *** per suum tribunatum Caesaris actis inligatus teneretur.

41 Si et sacrorum iure pontifices et auspiciorum religione augures totum
evertunt tribunatum tuum, quid quaeris amplius? an etiam apertius
16 aliquod ius populi atque legum? hora fortasse sexta diei questus sum in
iudicio, cum C. Antonium, collegam meum, defenderem, quaedam de re
publica quae mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. haec homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter atque a me dicta erant detulerunt. hora nona illo ipso die tu es adoptatus. si quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo; sin eadem observanda sunt, iudicavit senatus M. Drusi legibus, quae contra legem Caeciliam et Didiam latae essent, populum non teneri.

42 Iam intellegis omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse. at ego hoc totum ⟨non⟩ sine causa relinquo. video enim quosdam clarissimos viros, principes civitatis, aliquot locis iudicasse te cum plebe iure agere potuisse; qui etiam de me ipso, cum tua rogatione funere elatam rem publicam esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant; quod de me civi ita de re publica merito tulisses, funus te indixisse rei publicae, quod salvis auspiciis tulisses, iure egisse dicebant. qua re licebit, ut opinor, nobis eas actiones non infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum ⟨tuum⟩ comprobaverunt.

43 Fueris sane tribunus plebis tam iure atque lege quam fuit hic ipse ⟨P. Ser⟩vilius, vir omnibus rebus clarissimus atque amplissimus; quo

2 egesset **P**^{1} || 3 quod^{1} ς : quo **P** : qu(a)e ω : quoniam *Bai.* | essent acta *ex* essenata **P**^{2} || 5 *** per *edd.* : per **PGV** : ut per **M** : ver **H** : ⟨cum tamen ipse⟩ per *Lahmeyer*^{2} *113* : ⟨quasi non ipse⟩ per *Ha.* || 7 auspiciorum** **H** | toti **GMV** || 8 vertunt **H** || 9 aliquod **P**^{2}**GH** : aliquo **P**^{1} : aliquid **V** : *om.* **M** | diei sexta **G** || 15 iudicavit] decrevit **H** || 18 in^{1}] ex **P**^{1} || 19 ad **P**^{1} | non ς || 21 aliquod **P** | agere iure **G** : agere **M** | . . . potuisse *spatio quinque litt. vacuo* **G** || 22 ipso *om.* **G** | esse r. p. **GM** : esse rem **V** | dicerent ς *Naug.* : dicerem ω || 23 iurae **P**^{1} || 24 ita *Bai.* : a **P**^{1} : ac **P**^{2}**GH** : *corruptiora in* **MV** | bene merito **H** | funus te **P**^{2}**V** : funeste **P**^{1}**GM** : funeste funus te **H**ς | indixisse **P**^{1}**H** : -isses **P**^{2}**GV** : induxisses **M** || 26 eas **G**^{2} : as **G**^{1} : eius **PH** : et **V** : eius et **M** | illi **PM** : illic **GHV** || 27 constitutum **GHM** : constitum **PV** | tuum **H**ς *cf. § 38 p. 49, 14; § 41 p. 50, 8* : *om.* ω || 28 tam iure atque lege *Ha. ap. Rue. 23* : tam iure quam lege **G** : tam in iure quam (quā **P**) lege **PHV** : non tam in iure quam in lege **M** : tam iure ac lege *Ern.* : tam iure legeque *C. Stephanus, cf. Gell. 5, 19, 9* : tam iure tam lege *Lb.* || 29 ⟨P. Ser⟩vilius *Ha. ap. Rue. 24, cf. § 132 p. 83, 3; har. resp. 12 p. 95, 13* : ullius **P**^{1} : rullius **P**^{2}**GH** : tullus **M** : tulius **V** : Servilius *La. 22* | quo **GMV** : qui **PH**

iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati
tulisti? vetant leges sacratae, vetant XII tabulae leges privatis hominibus 17
inrogari. id est enim privilegium. nemo umquam tulit; nihil est crudelius,
nihil perniciosius, nihil quod minus haec civitas ferre possit. proscriptio-
nis miserrimum nomen illud et omnis acerbitas Sullani temporis quid
habet quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor, poe-
nam in cives Romanos nominatim sine iudicio constitutam. hanc vos igi- 44
tur, pontifices, iudicio atque auctoritate vestra tribuno plebis potestatem
dabitis, ut proscribere possit quos velit? quaero enim quid sit aliud ⟨ac⟩
proscribere VELITIS IVBEATIS VT M. TVLLIVS IN CIVITATE NE SIT BONA-
QVE EIVS VT MEA SINT. ita enim re, etsi aliis verbis tulit. hoc plebei scitum
est, haec lex, haec rogatio est? hoc vos pati potestis, hoc ferre civitas, ut
singuli cives singulis versiculis e civitate tollantur? equidem iam per-
functus sum; nullam vim, nullum impetum metuo; explevi animos invi-
diosorum, placavi odia improborum, saturavi etiam perfidiam et scelus
proditorum; denique de mea causa, quae videbatur perditis civibus ad
invidiam esse proposita, iam omnes urbes, omnes ordines, omnes di atque
homines iudicaverunt. vobismet ipsis, pontifices, et vestris liberis cete- 45
risque civibus pro vestra auctoritate et sapientia consulere debetis. nam
cum tam moderata iudicia populi sint a maioribus constituta, primum ut
ne poena capitis cum pecunia coniungatur, deinde ne improdicta die quis
accusetur, ut ter ante magistratus accuset intermissa die quam multam
inroget aut iudicet, quarta sit accusatio trinum nundinum prodicta die,
quo die iudicium sit futurum, tum multa etiam ad placandum atque ad
misericordiam reis concessa sunt, deinde exorabilis populus, facilis suf-
fragatio pro salute, denique etiam si qua res illum diem aut auspiciis aut

1 quo exemplo . . . 3 inrogari *Festus p. 278, 1 Lindsay* (*sed in cod. nulla nisi haec leguntur* de capite ci *et* vetant XI) || 18 vobismet ipsis, pontifices *Priscianus, GL II 591, 20*

2 privatis*hominibus **G** : privatis in hominibus **PHV** : sacratis in hominibus **M** : privis hominibus *J. C. Scaliger* || 3 est **P**^{1}**H** : *om.* **P**^{2}**GMV** | enim] autem *A. Kl.* || 5 acervitas **P** | Sullani *edd.* : sy- **PGM** : sillani *in ras.* **H** : silla **V** || 9 sit aliud **GHMV** : sit aliu* **P**^{1} : si tali vi **P**^{2} | ac *add. Ha., cf. § 51 p. 54, 8* : nisi *Mue., cf. § 54 p. 55, 7* || 10 proscribere *del. La. 10* : scribere *Schoe. 441* || 11 re etsi *Mo.* : fecit si *ω* : fecit etsi **H** : fecit ⟨ut sibi liceret et⟩si *Schoe. 433, cf. § 106 p. 73, 8* | alii*s (*ex* alius?) **P** | plebeisscitum **P** : plebiscitum **GMV** : plebis scitum **H** || 12 perferre **G** || 13 versiculis *bis* **P**^{1} || 14 invidiosorum **GMV** : invidiorum **P**^{1} : invidorum **P**^{2}**H** || 17 omnes^2 *om.* **P**^{1} || 20 populo **GMV** || 21 improdicta *Mo.* : in prodicta **PG** : impredicta **M** : pro indicta **HV** || 22 accuset] accusetur **G** | intermisso *E. Fraenkel, Glotta 8, 1917, 57; cf. Mur. 35; Phil. 5, 30* | quām*ultam **P** || 23 ⟨capitis⟩ iudicet *La. 14* || 24 quo die *cf. L. Havet, ALL. 11, 1900, 490 et Fraenkel, l. l., 24 sqq.* | tum] cum *La. 24* || 25 rei **G** | sunt **MV** : sint **PGH** *prob. Naeg. coniecitque p. 52, 1* sublatum sit, *unde etiam p. 52, 1* sustulerit *Ha. ap. Rue. 25, sed cf. Schoe. 428, adn. 1* | deinde . . . 26 salute *del. Mat. 275*

excusatione sustulit, tota causa iudiciumque sublatum est. haec cum ita
sint in re, ubi crimen est, ubi accusator, ubi testes, quid indignius quam
qui neque adesse sit iussus neque citatus neque accusatus, de eius capite,
liberis, fortunis omnibus conductos et sicarios et egentis et perditos suf-
18 46 fragium ferre et eam legem putari? ac si hoc de me potuit, quem honos,
quem dignitas, quem causa, quem res publica tuebatur, cuius denique
pecunia non expetebatur, cui nihil oberat praeter conversionem status
et inclinationem communium temporum, quid tandem futurum est iis
quorum vita remota ab honore populari et ab hac inlustri gratia est,
pecuniae autem tantae sunt ut eas nimium multi egentes, sumptuosi,
47 nobiles concupiscant? date hanc tribuno plebis licentiam et intuemini
paulisper animis iuventutem et eos maxime qui imminere iam cupiditate
videntur in tribuniciam potestatem; collegia medius fidius tribunorum
plebis tota reperientur hoc iure firmato, quae coeant de hominum locu-
pletissimorum bonis, praeda praesertim populari et spe largitionis oblata.
At quid tulit legum scriptor peritus et callidus? VELITIS IVBEATIS VT
M. TVLLIO AQVA ET IGNI INTERDICATVR? crudele, nefarium, ne in scele-
ratissimo quidem civi sine iudicio ferundum! non tulit VT INTERDICATVR.
quid ergo? VT INTERDICTVM SIT. o caenum, o portentum, o scelus! hanc
tibi legem Cloelius scripsit spurciorem lingua sua, ut interdictum sit cui
non sit interdictum? Sexte noster, bona venia, quoniam iam dialecticus
⟨es⟩ et haec quoque liguris, quod factum non est, ut sit factum, ferri ad
48 populum aut verbis ullis sanciri aut suffragiis confirmari potest? hoc tu
scriptore, hoc consiliario, hoc ministro omnium non bipedum solum sed
etiam quadripedum impurissimo rem publicam perdidisti; neque tu eras
tam excors tamque demens ut nescires Cloelium esse qui contra leges

21 Sexte noster quoniam etiam iura ligurris *Rufinianus, RL 40, 15*

1 ita ⟨constituta⟩ *Mue.* || 2 re] iure *Mue.* : reo *Mdv.*² *217* : re p. *Schoe. 428, adn. 1* | quod **P¹** || 3 iussus neque **PH** : iussus **M** : ius **V** : *om.* **G** || 4 et egentis *Ha.* : etgentis **P¹** : egentis **P²GV** : -es **HM** || 5 ferre et *ex* ferret **P²** | putari *Mdv.*² *217* : putare *ω* | ac **PHV** : at **GM** || 6 cui **GM** || 7 expectebatur **H¹** : expectabatur **M** || 8 iis **GH** : his **M** : isis **P** : vis **V** || 10 ⟨multi etiam⟩ sumptuosi *Bus. 1357* || 11 *aut* nobiles *del. aut* nobiles ⟨ignobiles⟩ *La. 10, sed cf. Verr. act. pr. 15; Quinct. 31; har. resp. 4 p. 92, 21* || 12 paulisper *om.* **H** || 14 repperientur **H** || 16 scriptor **PH** : scriptur(a)e vel scriptor **GMV** | et *om.* **H** || 17 igni **P¹M** : ignis **P²GHV** || 19 o cenum **HM** : ocenum **P²** : oceanum **P¹G** : occeanus **V** || 20 cloelius **PGH** : clelius **V** : clodius **M** | spurciorem **P¹** : spurcitiorem **P²GHM** : spurcioꝫ **V** || 21 iam dialecticus ⟨es⟩ *edd.* : iam dialecticus *ω fort. recte* : iam dialeticus **P¹** : iam dialectus **V** : iura dialecticas *O. Immisch ap. A. Kl., quod* dialecticus *ad* διαλείχειν *adludere videatur. cf. § 25 p. 45, 1* || 22 haec quoque **PGMV** : hoc quoque **H** : etiam iura *Rufin., prob. Schoe. 422* : haec quoque ⟨iura⟩ *A. Kl.*³ *220, sed cf. Nis. 112* | liguris *ω* : ligurris **P²** *Rufin.* | quod *om.* **GMV** || 23 aut¹ **PHM** : at **GV** | illis **G** | sanctiri **H** || 24 vipedum **P** || 25 impurissimo] spurcissimo *Oberdick, cf. SHA, Alex. Sev. 9, 4* cum ille omnium non solum bipedum sed etiam quadrupedum spurcissimus Antonini nomen praeferret || 26 nescire*s **P** | cloelium **PG** : clelium **V** : clodium **M** : hunc cloelium **H**

facere, alios qui leges scribere solerent. sed neque eorum neque ceterorum in quibus esset aliquid modestiae cuiusquam tibi potestas fuit; neque tu legum scriptoribus isdem potuisti uti quibus ceteri, neque operum architectis, neque pontificem adhibere quem velles, postremo ne in praedae quidem societate mancipem aut praedem [socium] extra tuorum gladiatorum numerum aut denique suffragi latorem in ista tua proscriptione quemquam nisi furem ac sicarium reperire potuisti. itaque cum tu florens 19 49 ac potens per medium ⟨forum tamquam⟩ scortum populare volitares, amici illi tui te uno amico tecti et beati, qui se populo commiserant, ita repellebantur ut etiam Palatinam tuam perderent; qui in iudicium venerant, sive accusatores erant sive rei, te deprecante damnabantur. denique etiam ille novicius Ligus, venalis adscriptor et subscriptor tuus, cum M. Papiri, sui fratris, esset testamento et iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit; nomen Sex. Properti detulit, accusare alienae dominationis scelerisque socius propter calumniae metum non est ausus. de hac igitur lege dicimus quasi iure rogata videatur, cuius quam quisque 50 partem tetigit digito, voce, praeda, suffragio, quocumque venit, repudiatus convictusque discessit?

Quid si iis verbis scripta est ista proscriptio ut se ipsa dissolvat? est enim: QVOD M. TVLLIVS FALSVM SENATVS CONSVLTVM RETTVLERIT. si igitur rettulit falsum senatus consultum, tum est rogatio; si non rettulit, nulla est. satisne tibi videtur a senatu iudicatum me non modo non ementitum esse auctoritatem eius ordinis, sed etiam unum post urbem conditam diligentissime senatui paruisse? quot modis doceo legem istam quam vocas non esse legem? quid? si etiam pluribus de rebus uno sortitu tulisti, tamenne arbitraris id quod M. Drusus in legibus suis, plerisque in bonis

1 facere *Mo.* : faceret *ω* || 3 iisdem **G** | architectum **G**^{2} : -os **M** || 5 praedem *Gar.* : praedem socium **P** : praed(a)e socium **GMV** : praedonem sotium **H** || 6 suffragii latorem **PH** : suffragatorem **GMV** || 7 quenque **H** | repperire **H** | flores **H**^{1} || 8 forum *add. Lb.* | tamquam *add. A. Kl.* | scortiis **H** || 9 tue **P**^{1} | un*o **P** | amico **PH** : amictu **GMV** || 10 etiam **P**^{2}**HV** : etima **P**^{1}**G** : et una **M** || 11 sive rei te **PHM** : sive recte **V** : sine recte **G** | deprecante (-precante *in ras.*) **P**^{2} || 12 etiam *om.* **H** | ille **P**^{2}**GMV** : illi **P**^{1}**H** | ligus **P**^{1}**GMV** : ligur **P**^{2}**H** || 13 morte **GV** || 14 properti **HM** : proper*ti (i *eras.*) **P** : pro pesti **GV** || 15 dominationis **P**^{2}**H** : domin(a)e dominationes **P**^{1}**GMV** | socius **P**^{1}**VM** : socios **P**^{2}**G** : -tios **H** || 16 quasi *Mdv.*^{2} *217* : qua **M** : quae *ω* *Naeg. 639 adn.* || 17 tegit **P**^{1} | praeda *del. Jordan 6, sed cf. Nis. 114, qui cl. Verr. 1, 87; Phil. 4, 9; Phil. 11, 37 alia ubi* praeda *praedationem significare videtur* | suffragio *del. Schoe. 424* || 19 iis **P**^{2}**GH** : is **P**^{1} : his **M** : hys **V** | ista *ex* ita **H**^{2} | dissolvatur **GMV** || 20 retulerit . . . 21 retulit . . . retulit *ω* || 22 videntur **P**^{1} || 24 quod **P** || 25 tulisti *Schoe. 441* : retulisti (retulis **P**^{1}) *ω* || 26 arbitreris **GM** | suis **M** : tuis *ω* | plerisque in bonis ⟨rebus⟩ *Schoe. 434, qui ita distinxit emendavitque propter Ascon p. 55, 9 St. = § 61 Cl.* itaque Philippus cos., . . . obtinuit a senatu ut leges eius (*sc. Drusi*) omnes uno S. C. tollerentur; *cf. etiam leg. 2, 14* : plerisque in bonis **PH** : plerisque bonis **GMV** : plerisque, bonus *distinxit coniecitque Naug.* : plerisque, nobilissimus *R. Kl. alii sim.; de re cf. E. G. Hardy, CR 27, 1913, 261*

⟨rebus, honestissimus⟩ ille vir M. Scauro et L. Crasso consiliariis non obtinuerit, id te posse, hominem facinorum et stuprorum omnium, De-
51 cumis et Cloeliis auctoribus obtinere? tulisti de me ne reciperer, non ut
20 exirem, quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romae. quid enim diceres? damnatum? certe non. expulsum? qui licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum ut exirem; poena est qui receperit, quam omnes neglexerunt; eiectio nusquam est. verum sit; quid? operum publicorum exactio, quid? nominis inscriptio tibi num aliud videtur esse ac meorum bonorum direptio? praeterquam quod ne id quidem per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. quid? hoc ipsum quod nunc apud pontifices agis, te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse in meis aedibus, te signum dedicasse eaque te ex una rogatiuncula fecisse, unum et idem videtur esse atque id quod de me ipso nominatim
52 tulisti? tam hercule est unum quam quod idem tu lege una tulisti, ut Cyprius rex, cuius maiores huic populo socii atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub praeconem subiceretur et exsules Byzantium reducerentur. 'eidem' inquit 'utraque de re negotium dedi.' quid? si eidem negotium dedisses ut in Asia cistophorum flagitaret, inde iret in Hispaniam, cum Roma decessisset, consulatum ei petere liceret, cum factus esset, provinciam Syriam obtineret, quoniam de uno homine scriberes,
53 una res esset? quod si iam populus Romanus de ista re consultus esset et non omnia per servos latronesque gessisses, nonne fieri poterat ut populo de Cyprio rege placeret, de exsulibus Byzantiis displiceret? quae est, quaeso, alia vis, quae sententia Caeciliae legis et Didiae nisi haec, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus aut id quod nolit accipere aut id quod velit repudiare?

Quid? si per vim tulisti, tamenne lex est aut quicquam iure gestum videri potest quod per vim gestum esse constet? an si in ipsa latione tua

1 honestissimus *add. A. Kl.* | crasso **GMV** : craso(*?*) **P^1** : crassus **P^2H** | consiliariis *Mdv.*^{2} *218* : consularis (*ante* crassus **H**) *ω* || 2 hominem **G** *cf. Rosc. Am. 120* omnium deliciarum . . . puerulos; *n. d. 3, 23; de or. 2, 37* : hominum **PMV** : omnium **H** : homi⟨nem ple⟩num *Mue.* || 3 cloeliis **PGH** : cleliis **V** : clodiis **M** || 3. 4 non ut exirem *del. Schoe. 425 propter* 5–6 ne id quidem est scriptum ut exirem, *sed cf. Syd.*^{2} *78* || 4 non licere *bis* **P^1** || 7 nusquam (n *in ras.*) **P** || 8 vidētur **P** || 11 aput **P** || 12 te ex una **P^2HG^2MV** : te ex una te **P^1** : ex una **G^1** || 14 hercle **P^2** | te **H** || 15 cyprius **PH** : ci- **GV** : eripius **M** | maiores *ex* mores **P^2** || 16 praeconem *Wesenberg, cf. Quinct. 49* : praecone **PHM** : precione **GV** | subiceretur **H** : -rentur *ω* | Byzantium *edd.* : bi- *ω* | redducerentur *Zie. 179* || 17 inquid **P^1** | dedi *edd.* : dedisses *ω* | eidem **M** : idem *ω* || 18 dedisses **MV** : dedisset **PGH** | ut **PG** : ut si **HMV** | cistophorium **H** || 19 roma **M** : romae **P** : rome **GHV** : Romam *Gar.* : *del. A. Kl.*^{1} *381* | cessisset *Graindor* || 20 syriam **PGV** : si- **HM** | de *om.* **H** | scriberes *ς* : scriberet *ω* || 21 consultus **P^2H** : consulatus **P^1MV** : consultatus **G** || 23 cyprio **PM** : ci- **GHV** | Byzantiis *edd., cf. § 129 p. 81, 15* : byzantinis **P** : bi- **GHM** : brancis brancius **V** || 24 quaeso *Lb. mg.* : quasi *ω* | caecili(a)e **PHM** : aciliae **G** : cacilie **V** | ne *om.* **GMV** || 25 necesse sit **P^2HM** : necessit **P^1G** : necessitas **V**

capta iam urbe lapides iacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam
labem atque eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti? cum in 21 54
tribunali Aurelio conscribebas palam non modo liberos sed etiam servos
ex omnibus vicis concitatos, vim tum videlicet non parabas; cum edictis
tuis tabernas claudi iubebas, non vim imperitae multitudinis, sed homi-
num honestorum modestiam prudentiamque quaerebas; cum arma in
aedem Castoris comportabas, nihil aliud nisi uti ne quid per vim agi
posset machinabare; cum vero gradus Castoris convellisti ac removisti,
tum, ut modeste tibi agere liceret, homines audaces ab eius templi
aditu atque ascensu reppulisti; cum eos qui ⟨in⟩ conventu virorum bono-
rum verba de salute mea fecerant adesse iussisti eorumque advocationem
manibus, ferro, lapidibus discussisti, tum profecto ostendisti vim tibi
maxime displicere. verum haec furiosa vis vaesani tribuni plebis facile 55
superari frangique potuit virorum bonorum vel virtute vel multitudine.
quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, utrique infinitum
imperium, ingens pecunia, ut tibi omnia permitterent, te adiuvarent, tibi
manum, copias, tibi suos spectatos centuriones, tibi pecuniam, tibi
familias compararent, te suis sceleratis contionibus sublevarent, senatus
auctoritatem inriderent, equitibus Romanis mortem proscriptionemque
minitarentur, me terrerent minis, mihi caedem et dimicationem denun-
tiarent, meam domum refertam viris bonis per amicos suos complerent
proscriptionis metu, me frequentia nudarent virorum bonorum, me prae-
sidio spoliarent senatus, pro me non modo pugnare amplissimum ordinem,
sed etiam plorare et supplicare mutata veste prohiberent, ne tum quidem
vis erat?

Quid igitur ego cessi, aut qui timor fuit? non dicam in me. fac me 22 56
timidum esse natura: quid? illa tot virorum fortissimorum milia, quid?
nostri equites Romani, quid? senatus, quid? denique omnes boni, si nulla
erat vis, cur me flentes potius prosecuti sunt quam aut increpantes reti-
nuerunt aut irati reliquerunt? an hoc timebam, si mecum ageretur more
institutoque maiorum, ut possem praesens sustinere? utrum si dies dicta 57

2 eluviem **P^2GHM** : eluiem **P^1** : elumen **V** : luem *Georges, cf. har. resp. 24 p. 101, 7* || 4 tum *edd.* : tuam *ω* || 5 iubebas **P^2GHM** : iubeas **P^1V** | non] num **H** | imperitatae **P^1** || 6 prudentiam modestiamque (molestiamque **V**) **GMV** || 7 Castoris] quaestoris **H** | compostabas **P^1** || 8 posset *ex* possit **G^2** : *ex* posse **P^2** | convellis **P^1** || 10 in **V** *Man.* : *om.* *ω* || 11 advocationem **GHV** : -e **PM** || 13 visani **G^1** || 16 te adiuvarent *et* 17 copias *del. Mat. 277* || 16. 17 tibi manum **P^2GMV** : timanum **P^1** : tibi manuum **HP^3** || 17 spectatos *Koch 13* : speratos *ω* : paratos **H** : desperatos *Mat. 277* || 20 me . . . minis *del. Ka. 400, Schoe. 425, Mat. 276* | terrent **P^1** || 21 refertam . . . 22 metu me *del. Ka. ib.* | refertam . . . bonis *del. Mat. ib.* || 21. 22 complerent proscriptionis metu, me *interpunxit Markland* : complerent, proscr. . . . me *Or.* || 22 proscriptionis metu *del. Mat. ib.* | me frequentia . . . 23 senatus *del. Schoe. ib.* || 23 senatus *Markland* : senatum *ω* | propugnare **H** || 24 veste *om.* **G** || 26 cessi *ς* : gessi *ω* || 27 virorum **GV** : virum **PHM** | quid² *ex* quod **P^2** || 28 nostri] illi **H** || 29 ius erat **H** || 31 utrum *ω* : verum (e *in ras.*) **P** | dies *bis* **H^1**

esset iudicium mihi fuit pertimescendum an sine iudicio privilegium? iudicium? in causa tam turpi scilicet, homo qui eam, si iam esset ignota, dicendo non possem explicare. an quia causam probare non poteram? cuius tanta bonitas est ut ea ipsa non modo se, sed etiam me absentem per se probarit. an senatus, an ordines ⟨omnes⟩, an ii qui cuncta ex Italia ad me revocandum convolaverunt segniores me praesente ad me retinendum et conservandum fuissent in ea causa quam ipse iam parricida talem dicat fuisse ut me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem
58 exspectatum atque revocatum queratur? an vero in iudicio periculi nihil fuit, privilegium pertimui, ne, mihi praesenti si multa inrogaretur, nemo intercederet? tam inops autem ego eram ab amicis aut tam nuda res publica a magistratibus? quid? si vocatae tribus essent, proscriptionem non dicam in me ita de sua salute merito, sed omnino in ullo civi comprobavissent? an si ego praesens fuissem, veteres illae copiae coniuratorum tuique perditi milites atque egentes et nova manus sceleratissimorum consulum corpori meo pepercissent? qui cum eorum omnium crudelitati scelerique cessissem, ne absens quidem luctu meo mentes eorum satiare potui.

23
59 Quid enim vos uxor mea misera violarat, quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate lacerastis? quid mea filia, cuius fletus adsiduus sordesque lugubres vobis erant iucundae, ceterorum omnium mentes oculosque flectebant? quid parvos filius, quem, quam diu afui, nemo nisi lacrimantem confectumque vidit? quid fecerat quod eum totiens per insidias interficere voluistis? quid frater meus? qui cum aliquanto post meum discessum ex provincia venisset neque sibi vivendum nisi me restituto putaret, cum eius maeror, squalor incredibilis et inauditus omnibus mortalibus miserabilis videbatur, quotiens est ex vestro ferro ac manibus elapsus!

60 Sed quid ego vestram crudelitatem exprobro quam in ipsum me ac meos adhibuistis, qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus

27 crudelitatem expromo, quam in me ipsum ac meos adhibuistis *Arusianus, GL VII 450, 22*

2 *ut supra ω, ubi tamen haec interpunctio discerni potest* iudicium in causa tam turpi? scilicet homo : iudiciumne? causa tam turpis scilicet, homo *Mue.* : *ut supra sed* horreo *pro* homo *Schoe. 442*, ⟨an is⟩ homo *Gar.*, *Rue. 27* | si iam *ω* : si **M** : etiam si *Wui.* || 4 absente *Mdv.*^{2} *218* || 5 omnes (*vel* ceteri) *add. Gar.*, *cf. § 132 p. 83, 7* | ii *ς* : hi *ω* : hy **V** || 6 retinendum **PH** : requirendum **GMV** || 9 revocatum **PMV** : renovatum **GH** | quaeratur **P** | an] at *Mdv.*^{2} *219, sed cf. § 79 p. 63, 21* || 10 multa *del. Mdv.*^{2} *219* | nemo **GV** : nemo non **PHM**, *Schoe. 420, adn. 1* || 11 ego *om.* **H** || 13 nullo **GV** || 14 an] at *Lehmann 355* | si *om.* **H**^{1} || 15 nova manus *ς* *Graev.* : nova|nus **P**^{1} : novanos **H** : nova vis **P**^{2}**GMV** || 16 scelerique (scel- *in ras.* **P**) **PGMV** : *om.* **H** || 17 eorum **P** : illorum **GHM** : *om.* **V** | potui **P**^{2}**GHM** : potuit **P**^{1}**V** || 18 uxore **P**^{1} || 19 assiduus *ω* || 21 parvos **P**^{1} : -us *ω* | afui **P** : affui *ω* || 22 confectumque *om.* **H** || 25 maeror *del. Schoe. 426*, *post* inauditus *transp. Mo.* | inauditus **P**^{2}**GHM** : -tas **P**^{1} : -ta **V** || 26 ac] et **G** | elapsus *edd.* : lapsus *ω* || 27 exprobro *Ern.* : expromo *ω* *Arus.* | me ipsum *Arus.* || 28 adhibuistis **GHMV** : adhibuisti his **P**^{1} : -istis his **P**^{2}

meis hostificum quoddam et nefarium omni imbutum odio bellum intu-
listis? non enim te arbitror, cum post meum discessum omnium locuple-
tium fortunas, omnium provinciarum fructus, tetrarcharum ac regum bo-
na spe atque avaritia devorasses, argenti et supellectilis meae cupiditate
esse caecatum; non existimo Campanum illum consulem cum saltatore
collega, cum alteri totam Achaiam, Thessaliam, Boeotiam, Graeciam,
Macedoniam omnemque barbariam, bona civium Romanorum condo-
nasses, alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimasque
gentes, ad diripiendum tradidisses, illos tam cupidos liminum meorum et
columnarum et valvarum fuisse. neque porro illa manus copiaeque Cati- 61
linae caementis ac testis tectorum meorum se famem suam expleturas
putaverunt, sed ut hostium urbes, nec omnium hostium, verum eorum
quibuscum acerbum bellum internecivomque suscepimus, non praeda
adducti sed odio solemus exscindere, quod, in quos propter eorum cru-
delitatem inflammatae mentes nostrae fuerunt, cum horum etiam tectis
et sedibus residere aliquod bellum semper *** videretur.

Nihil erat latum de me; non adesse eram iussus, non citatus afueram; 24 62
eram etiam tuo iudicio civis incolumis, cum domus in Palatio, villa in
Tusculano, altera ad alterum consulem transferebatur – sic vocabant –,
columnae marmoreae ex aedibus meis inspectante populo Romano ad
socrum consulis portabantur, in fundum autem vicini consulis non instru-
mentum aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur, cum
ipsa villa non praedae cupiditate – quid enim erat praedae? – sed odio
et crudelitate funditus everteretur. domus ardebat in Palatio, non for-
tuito, sed oblato incendio; consules epulabantur et in coniuratorum gra-
tulatione versabantur, cum alter se Catilinae delicias, alter Cethegi con-
sobrinum fuisse diceret. hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furo- 63

1 horrificum **H** | belum **P** | intulisti **GM** || 3 tetrarcharum **G** : et archarum **PH** : et arearum **M** : et aicarum **V** || 4 atque] et **H** || 6 Achaiam . . . Graeciam *vide A. Kl. ad h. l. et Gött. Gel. Anz. 172, 1910, 483; cf. Nis. ad Pis. 37, p. 99* | boeotiam *edd.* : boetiam ω || 7 ⟨etiam⟩ bona *Naeg.* || 8 babylonem **PM** : babi- **GHV** || 11 caementis **PH** : mentis **GMV** | tectis **H** | famen **H** || 12 communium hostium vel omnium **GV** || 13 quiscum **GMV** | internecivumque *Graev.* : intinocivomque **P**^{2} : innocivomque **P**^{1} : intestinumque **GHM** : *om.* **V** || 14 adducti **H** : adducta ω | sed ς : et **V** : id ω | excindere *Man.* : excipere ω | in quos *edd.* : iniquos (-us **V**) ω || 16 et *om.* **H** | sedibus (-ib; *in ras.*) **P** | *** videretur *Schoe. 429 proposuitque* ⟨videtur, sic vos tanto in me meaque omnia odio flagrastis ut vobis non cum cive inviso, sed cum hoste importunissimo res esse⟩ videretur : videretur ω : videtur *** *vulgo* : videtur, ⟨sic vos vestrum in me crudele et immane odium in meam domum profudistis⟩ *Lb.* || 17 afueram **P** : aff- ω || 18 -s incolumis *in ras.* **H**^{2} || 19 alter **H** | sic vocabant *Plasberg* : senatus consules vocabant **PH** : senatus ·c· (cōs. **M** : cons. **V**) volabant **GMV** : scilicet eos consules vocabant *Pet.* : sic enim vocabantur *J. S. Reid* : sarraca convolabant *Mdv.*^{2} *220* : *del. Schoe. 426* || 21 socrum **P**^{2}**V** : socerum **P**^{1}**GHM** | vicinii **H**^{1} || 22 villae] aulae **H** || 25 coññs. epulabatur **P**^{2} || 26 versabatur **P** || 27 scelus *ex* solus **P**^{2}

rem meo corpore opposito ab omnium bonorum cervicibus depuli omnemque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quae inveterata compresso odio atque tacito iam erumpebat nancta tam audacis duces, excepi meo corpore. in me uno consulares faces iactae manibus tribuniciis, in me omnia, quae ego quondam rettuderam, coniurationis nefaria tela adhaeserunt. quod si, ut multis fortissimis viris placuit, vi et armis contra vim decertare voluissem, aut vicissem cum magna internecione improborum, sed tamen civium, aut interfectis bonis omnibus – quod illis optatissimum – una cum re publica concidissem.
64 videbam vivo senatu populoque Romano celerem mihi summa cum dignitate reditum, nec intellegebam fieri diutius posse ut mihi non liceret esse in ea re publica quam ipse servassem. quod si non liceret, audieram et legeram clarissimos nostrae civitatis viros se in medios hostis ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse; ego pro salute universae rei publicae dubitarem hoc meliore condicione esse quam Decii, quod illi ne auditores quidem suae gloriae, ego etiam spectator meae laudis esse
25 potuissem? itaque infractus furor tuus inanis faciebat impetus. omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus exceperat; non erat in tam immani iniuria tantisque ruinis novae crudelitati locus.

65 Cato fuerat proximus. quid ageres non erat ⟨nisi⟩ ut, qui modus moribus fuerat, idem esset iniuriae. quid posses? extrudere ad Cypriam pecuniam? praeda perierit. alia non deerit; hinc modo amandandus est! sic M. Cato invisus quasi per beneficium Cyprum relegatur. eiciuntur duo quos videre improbi non poterant, alter per honorem turpissimum, alter
66 per honestissimam calamitatem, atque ut sciatis non hominibus istum sed virtutibus hostem semper fuisse, me expulso, Catone amandato in eum ipsum se convertit quo auctore, quo adiutore in contionibus ea quae gerebat omnia quaeque gesserat se et fecisse et facere dicebat; Cn. Pom-

1 a bonorum omnium **H** || 2 vim] iram *Naeg.* || 3 inveterato compressa **G**^{1} | nancta *edd.* : nanctam **P**^{1} : nactam **GV** : in actam **P**^{2} : in actum **HP**^{3} : nec tantum **M** || 4 tam **H** : *om.* ω | duces **P**^{1}**H** : ducis **P**^{2}**GMV** | fasces **GMV** || 5 rettuderam *edd.* : retu- **HMV** : retunderam **P** : retuleram **G** || 6 fortissimis *ex* formis **P**^{2} | viris *om.* **H** || 9 optatissimum erat *vel* fuisset ς | re* p. **P** || 10 celere **H** || 14, 15 rei p. universae **H** || 15 dubitarem ⟨me devovere qui⟩ hoc . . . esse⟨m⟩ *Ha. ap. Rue. 28, cf. § 145 p. 88, 8* atque meum caput ea condicione devovi | esse *om.* **H** | illi **P**^{2}**GMV** : ille **P**^{1}**H** || 16 auditor **P**^{2}**H** | spectatore **P**^{1} || 18 acervitas **P**^{1} || 20 quod *Lb.* | nisi *add. Lb.* | modus moribus ω : *vocabulo* modus *Cato significari videtur sicut Lysias ap. Quint. inst. 12, 10, 21. cf. Syd.*^{2} *174* : mod⟨o soci⟩us m⟨eis lab⟩oribus *A. Kl.*^{4} *16* : mihi socius laboris *Mue.* : laudis socius *Mdv.*^{2} *220* : nodus amoris *Boyancé ap. Wui.* : modus honoribus *Sh. B.* || 21 quid ⟨si⟩ *A. Kl.*^{1} *383* || 22 petierit **H** | derit **P**^{1} | hinc *Mue.* : hanc ω : hunc *Mdv. ib.* | amandandus est *Mue.* : amandas esse **P**^{1}**H** : amandatas (-ta **V** : -to **G**) esse **P**^{2}**GV** : mandatam esse **M** : amandemus *Mdv. ib.* : amandes *Wui.* || 23 Cato *om.* **H**^{1} | invìtus *Lb.* | relegatur **P**^{1}**G** : religatur **P**^{2}**HMV** || 28 et fecisse *Gul.* : effecisse ω : fecisse **M** | gn. pompeius **H**

peium, quem omnium iudicio longe principem esse civitatis videbat, diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. qui ex eius custodia per insidias regis amici filium, hospitem captivum, surripuisset et ea iniuria virum fortissimum lacessisset, speravit isdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego noluissem bonorum periculo dimicare, et primo quidem adiutoribus consulibus; postea fregit foedus Gabinius, Piso tamen in fide mansit. quas iste tum caedes, quas lapidationes, quas fugas fecerit, **67** quam facile ferro cotidianisque insidiis, cum iam a firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompeium foro curiaque privarit domumque coniecerit, vidistis. ex quo iudicare potestis quanta vis illa fuerit oriens et congregata, cum haec Cn. Pompeium terruerit iam distracta et exstincta.

26 **68** Haec vidit in sententia dicenda Kalendis Ianuariis vir prudentissimus et cum rei publicae, cum mihi, tum etiam veritati amicissimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non censuit; qui me consuluisse rei publicae, cessisse tempestati, amiciorem vobis ceterisque civibus quam mihi actionem expetisse, vi, armis, discriptione hominum ad caedem instituta novoque dominatu pulsum esse dixit; nihil de meo capite potuisse ferri, nihil esse iure scriptum aut posse valere, omnia contra leges moremque maiorum temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta. quod si illa lex esset, nec referre ad senatum consulibus nec sententiam dicere sibi licere; quorum utrumque cum fieret, non oportere ut de me lex ferretur decerni, ne illa quae nulla esset esse lex iudicaretur. sententia verior, gravior, melior, utilior rei publicae nulla esse potuit; hominis

1 principes **H**^{1} | civitatis esse (civ. videbat esse **V**) **GMV** || 3 regis amici filium *del. A. Kl., sed. cf. Sest. 59 et Sh. B. 265* | amici] Armenii *Lahmeyer*^{2} *71; cf. ad Att. 2, 7, 2* | filium *edd.* : filius *ω* | hospitem *Sh. B. 265* : hostem *ω* | captivus **H** | subripuisset **P** || 4 iisdem **G** || 6 gabinius **P**^{2}**GMV** : gabiniis **H** : gabinibus **P**^{1} | piso **P** : posito **GHM** : poĩto **V** || 7 quas^2 *ex* qua **P**^{2} || 9 gn. pompeius **H** | privarit **P** : privaret *ω* || 10 domumque **P**^{2}**H** : domiumque **P**^{1} : omniumque (-qui **V**) **GMV** : domique (domuique?) *Pet.* | coniecerit **P**^{2}**GHV** : -erat **M** : *om.* **P**^{1} : compulerit *Ha. cf. har. resp. 58 p. 115, 22; Pis. 16; Mil. 78* : continuerit *Pet.* || 11 gn. pompeius **H** | districta **H** || 13 ianuaris **P**^{1} || 14 etiam **H** : et in **PGV** : et **M** | veritati **P**^{1}**HP**^{3} : veritate **P**^{2}**GV** : virtuti **M** | cocta **H** || 16 cessisse **P**^{2}**GM** : gessisse **P**^{1}**HV** | amicitiorem **G** | cuibus **P**^{1} || 17 actionem expetisse *Syd.*^{2} *173, cf. fin. 3, 22* : acta est expetisse (-iisse **G**) **P**^{1}**GHV** : acta expetisse **M** : extitisse **P**^{2} : ⟨otium⟩ ac pacem expetisse *Schoe. 435* : ac meis extitisse *Naug.* : *lac. ante* acta *statuit A. Kl. explevitque* ⟨extitisse, nec aliam rem quam quae⟩ acta est expetisse | armis ceteris **P**^{1} | discriptione *Mue., cf. § 129 p. 81, 20* : dissensione *ω* : defensionem **M** : descriptione *Mdv.*^{2} *221* | ad **P**^{3} : aut **P**^{1} : et *ω* || 18 instituta *edd.* : institutam *ω* | novaque **GM** : nova **V** | pulsum **P**^{2} : pulsam (-ā *in ras.* **P**^{1}) **P**^{1}**H** : pulso **GMV** | potuisses **H** : posse **M** || 19 esset **H** : *om.* **M** | iure scriptum *Lb.* : inscriptum **PH** : proscriptum **GMV** | aut] *ex* ut **P**^{1} : *om.* **M** | valere **GMV** : valeri **PH** || 20 moremque **P**^{2}**GMV** : moremquem **P**^{1} : moresque **H** | maiorum *ex* morum **P**^{2} | fruorem **P**^{1} || 21 consulibus *Lb.* : consules (cōs. **G** : cos. **V**) *ω* || 22 sibi dicere **GMV** || 23 feretur **P**^{1} | sentia **P**^{1} || 24 esse nulla **GMV** | hominis **P**^{1}**GMV** : -i **H** : -es **P**^{3} (?)

enim scelere et furore notato similis a re publica labes in posterum demo-
69 vebatur. neque hoc Cn. Pompeius, qui ornatissimam de me sententiam dixit, vosque, pontifices, qui me vestris sententiis auctoritatibusque defendistis, non vidistis, ⟨legem⟩ illam esse nullam atque esse potius flammam temporis, interdictum sceleris, vocem furoris; sed prospexistis ne quae popularis in nos aliquando invidia redundaret, si sine populi iudicio restituti videremur. eodemque consilio M. Bibuli, fortissimi viri, senatus sententiam secutus est, ut vos de mea domo statueretis, non quo dubitaret quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum, sed ne quis oreretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis aedibus aliquam religionem residere diceret. nam legem quidem istam nullam esse, quotienscumque de me senatus sententiam dixit, totiens iudica-
70 vit, quoniam quidem scripto illo istius sententiam dicere vetabatur. atque hanc rem par illud simile, Piso et Gabinius, vidit: homines legum iudiciorumque metuentes, cum frequentissimus senatus eos ut de me referrent cotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediri. erat hoc verum; nam impediebantur, verum ea lege quam idem
27 iste de Macedonia Syriaque tulerat. hanc tu, P. Lentule, neque privatus neque consul legem esse umquam putasti. nam tribunis plebis referentibus sententiam de me designatus consul saepe dixisti; ex Kalendis Ianuariis quoad perfecta res est, de me rettulisti, legem promulgasti, tulisti; quorum tibi, si esset illa lex, nihil liceret. at etiam Q. Metellus, collega tuus, clarissimus vir, quam legem esse homines alienissimi a P. Clodio iudicarent, Piso et Gabinius, eam nullam esse frater P. Clodi, cum de me
71 ad senatum tecum una rettulit, iudicavit. sed vero isti qui Clodi leges timuerunt, quem ad modum ceteras observarunt? senatus quidem, cuius est gravissimum iudicium de iure legum, quotienscumque de me consultus est, totiens eam nullam esse iudicavit. quod idem tu, Lentule, vidisti in ea lege quam de me tulisti, nam non est ita latum ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem; non enim voluisti id quod licebat ferre ut

1 demovebatur **P** : di- **GHV** : dimovetur **M** || 2 hoc] autem **G** | gn. **H** || 3 vosque pontifices *in ras.* **H**^{2} || 4 legem *hic add. Mue., post* illam *Lb.* | flamma **H** || 5, 6 ne quae *edd.* : neque **P**^{1} : ne qua *ω* || 7 restitui **GMV** | consilio **P**^{2}**GH** : consili **P**^{1} : -ii **MV** || 8 quo] quod **H** | dubitarit **P** || 10 oreretur *Ha.* : ororetur **P**^{1} : oriretur *ω* || 11 quidam **P** : *om.* **V** || 12 toties **H** || 12–14 iudicavit: quoniam quidem (= *sed quoniam*) ... vetabatur, atque ... vidit *interpunxit Ha.* || 13 sentiam **P** | vetabatur **P**^{3} : videbatur *ω* || 14 par **P**^{2}**M** : pari **P**^{1}**GHV** | piso *ex* ipso **H**^{2} || 15 referent **P**^{1} || 17 impediri erat **GP**^{3} : impedierat **P**^{1}**HMV** : impediri at **P**^{2} | hoc] autem **G** || 17, 18 iste idem **H** || 18 P. *om.* **P**^{1} || 20 designatus **MP**^{3} : dignatus **P**^{1}**GHV** | consul (l *ex* i **P**^{1}) **PHM** : consuli **G** : censui **V** | ex *ex* et **P**^{2} || 21 ianuaris **P**^{1} | retulisti *ω* || 22 tibi *post* lex *transp.* **M**, *om.* **G** | esse **P**^{1} | lex *om.* **G** | nil *Zie. 178* | Q.] que **H** || 23 vir clarissimus **H** | alienissimi a **P**^{3} : -issima **P**^{1} : -issimam *ω* || 25 retulit *ω* | sed **PHM** : si **G** : sed ... si **V** *quas inter particulas* idem tu lentule *erasa* | qui *del.* **G** || 28 toties **H**

liceret, sed me ita esse in re publica, magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer quam ⟨ad⟩ administrandam civitatem restitutus.

Hunc tu etiam, portentosa pestis, exsulem appellare ausus es, cum tan- 72
tis sceleribus esses et flagitiis notatus ut omnem locum quo adisses exsili simillimum redderes? quid est enim exsul? ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. quando igitur est turpe? re vera cum est poena peccati, opinione autem hominum etiam si est poena damnati. utrum igitur peccato meo nomen subeo an re iudicata? peccato? iam neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui 'felicem Catilinam' nominant, neque quisquam eorum qui solebant. non modo iam nemo est tam imperitus qui ea quae gessi in consulatu peccata esse dicat, sed nemo est tam inimicus patriae qui non meis consiliis patriam conservatam esse fateatur. 28
quod enim est in terris commune tantum tantulumve consilium, quod 73
non de meis rebus gestis ea quae mihi essent optatissima et pulcherrima iudicarit? summum est populi Romani populorumque et gentium omnium ⟨ac⟩ regum consilium senatus; decrevit ut omnes qui rem publicam salvam esse vellent ad me unum defendendum venirent, ostenditque nec stare potuisse rem publicam si ego non fuissem, nec futuram esse ullam
si non redissem. proximus est huic dignitati ordo equester. omnes omnium 74
publicorum societates de meo consulatu ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt, scribae, qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur, non obscurum de meis in rem publicam beneficiis suum iudicium decretumque esse voluerunt. nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani aut montani, quoniam plebei quoque urbanae maiores nostri conventicula et quasi concilia quaedam esse voluerunt, qui non amplissime non modo de salute mea sed etiam de
dignitate decreverint. nam quid ego illa divina atque immortalia muni- 75
cipiorum et coloniarum et totius Italiae decreta commemorem, quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse, non solum in patriam revertisse? ille vero dies qui fuit, cum te, P. Lentule, legem de me

1 arcessettus **P**^{1} || 2 viderer quam *post* civitatem *transp. Mdv.*^{1} *51* | quam] atque *Syd.*^{3} *187* | ad **P**^{3} | ad administrandam civitatem *del. Ka. 401, A. Kl., propterea quod Cicero* administrare rem p. *dicat, sed cf. off. 1, 88* administrari civitas non potest *et fort. ad Q. fr. 1, 1, 25* || 3 hunc] hic *Mdv.*^{3} *140, sed cf. § 5 p. 36, 23* | exsulem ⟨me⟩ *Mdv. ib.* || 4 et flagitiis *Bai., cf. § 126 p. 80, 9* : et facti his **P**^{1} : et factis **P**^{2}**GMV** : *om.* **H** || 5 exilium *Mue.* | nomen *ex* men **P**^{2} || 7 autem **PHM** : h **V** : *om.* **G** | etiam si est **P** : si (sic **M**) est etiam **GMV** : si est **H** || 8 exulis nomen **P**^{3} | peccato (t *in ras.* **H**) **P**^{2}**H** : peccatio **P**^{1}**GMV** | nequa **H** | tu id **P**^{2}**GH** : tui **P**^{1} : tu **M** : id **V** || 9 ista **GMV** | satelites **P**^{1} | tui **H** : tuli *ω* || 10 quisque **HM** | qui **P**^{2}**GH** : quei **P**^{1} : qui ei **MV** || 11 qui **P**^{2}**GMV** : quin **P**^{1}**H** | est tam *ex* istam **P**^{2} || 13 quod **GH** : quo **PMV** | commune *om.* **G**^{1} || 15 iudicari **GV** || 16 ac regum **P**^{3}ς : regum *ω* : regum⟨que⟩ *A. Kl.* | consilium *om.* **G** | d*ecrevit **P** || 17 velint **G**^{1} | defendendam **P**^{1} || 18 posse **G** | fuissem restitutus **H** || 19 dignitate *Ka. 404* || 20 de meo *ex* edeo **P**^{2} || 24 nulli* **H** || 25 urbanae **P** : urbani *ω* | maiores **M** : mores *ω* | nostri **PGM** : vestri **V** : inde **H** || 26 non^1 *del.* **P** || 30 qui **PM** : quis **GHV**

ferente populus Romanus ipse ⟨se⟩ vidit sensitque quantus et quanta dignitate esset! constat enim nullis umquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, aetatum, ordinum floruisse. omitto civitatium, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omnis mortalis meritis unum iudicium unumque consensum; adventus meus atque introitus in urbem qui fuit? utrum me patria sic accepit ut lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit, an ut crudelem tyrannum, quod vos Catilinae
76 gregales de me dicere solebatis? itaque ille unus dies, quo die me populus Romanus a porta in Capitolium atque inde domum sua celebritate laetitiaque comitatum honestavit, tantae mihi iucunditati fuit ut tua mihi conscelerata illa vis non modo non propulsanda, sed etiam commendanda fuisse videatur. qua re illa calamitas, si ita est appellanda, exussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam iam audeat reprehendere consulatum meum tot tantis tam ornatis iudiciis, testimoniis, auctoritatibus
29 comprobatum. quod ⟨si⟩ in isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, sed etiam laudem inlustras meam, quid te aut fieri aut fingi dementius potest? uno enim maledicto bis a me patriam servatam esse concedis, semel cum id feci quod omnes ⟨non⟩ negent immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti, iterum cum tuum multorumque praeter te inflammatum in bonos omnis impetum meo corpore excepi, ne eam civitatem quam servassem inermis armatus in discrimen adducerem.

77 Esto, non fuit in me poena ulla peccati; at fuit iudici. cuius? quis me umquam ulla lege interrogavit, quis postulavit, quis diem dixit? potest igitur damnati poenam sustinere indemnatus? est hoc tribunicium, est populare? quamquam ubi tu te popularem, nisi cum ⟨pro⟩ populo fecisti, potes dicere? sed cum hoc iuris a maioribus proditum sit ut nemo

1 ferente *Faernus, cf. Ha. ap. Rue. 29* : ferentem ω | ipse *om.* **H** | se *add. Faernus* | et *in ras.* **P** || 2 esset *Faernus* : essem ω || 4 civitatium **PG** : -tum **HMV** || 5 in omnis] nom*nis **P**^{1} || 6 unumque] unum **G** | quis **G** || 7 sibi redditam **GMV** || 9 die *om.* **H** | me *om.* **GMV** || 10 suam **G** | laetiaque **P** || 11 mihi^1 *bis* **P** || 12 propul*sanda **G** | commendanda *Schoe. 442* : emendanda ω : emenda **H** : emendicanda *Duvau, Rev. de Philol. 34, 1910, 147; cf. Suet. Iul. 54* : adamanda *Syd.*^{2} *173, alii alia* || 13 appellan **P**^{1} | excussit **GMV** || 14 audeat iam **H** || 16 quod si in isto tuo *ed. R.* : quod in isto tuo **H** : quo in isto tuo **GM** : quo in isto **P**^{2} : quos in histot **P**^{1} : quo in isto tot **V** (tuo *om.* **P**^{1}**P**^{2}**V**) | probum **P**^{1} || 17 fieri **HM** : fleri **PGV** || 19 concedas **H**^{1} | semel cum *bis* **P**^{1} | non negent **HM** : negent **PGV** : boni censent *Koch 13* : concedent *Ha.* : ne gent⟨e quidem excepta invidorum⟩ *Syd.*^{2} *169* : fere gentes *Simon 71* : *del. Mdv.*^{2} *221* | immortalitati* **P** || 20 iterum* (u *in ras. et* i *eras. videtur*) **H** || 22 excipi **P**^{1} || 24 at fuit **P**^{2}**G** : ad fuit **P**^{1}**H** : affuit **MV** | quis **H**^{2} : qui ω || 26 est^1 **GMV** : es **P**^{1} : *om.* **P**^{2}**H** || 27 ⟨pro⟩ populo fecisti ς *ed. R., cf. har. resp. 37 p. 106, 13; ad Att. 1, 12, 3 et 13, 3* : populo fecisti ω : populo ⟨vim⟩ fecisti *Plasberg* : populo offecisti *Walter*^{1} *432* || 28 potest **GMV** | hoc **P**^{2}**GHM** : hos **P**^{1}**V**

civis Romanus aut sui potestatem aut civitatem possit amittere, nisi
ipse auctor factus sit, quod tu ipse potuisti in tua causa discere — credo
enim, quamquam in illa adoptatione legitime factum est nihil, tamen te
esse interrogatum auctorne esses ut in te P. Fonteius vitae necisque po-
testatem haberet ut in filio —, quaero, si aut negasses aut tacuisses, si
tamen id XXX curiae iussissent, num id iussum esset ratum? certe
non. quid ita? quia ius a maioribus nostris, qui non ficte et fallaciter po-
pulares sed vere et sapienter fuerunt, ita comparatum est ut civis Ro-
manus libertatem nemo possit invitus amittere. quin etiam si decemviri 78
sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamen, quotienscum-
que vellet quis, hoc in genere solo rem iudicatam referri posse voluerunt;
civitatem vero nemo umquam ullo populi iussu amittet invitus. qui cives **30**
Romani in colonias Latinas proficiscebantur fieri non poterant Latini,
nisi erant auctores facti nomenque dederant. qui erant rerum capitalium
condemnati non prius hanc civitatem amittebant quam erant in eam re-
cepti, quo vertendi, hoc est mutandi soli causa venerant. id autem ut
esset faciundum, non ademptione civitatis, sed tecti et aquae et ignis
interdictione faciebant. populus Romanus L. Sulla dictatore ferente co- 79
mitiis centuriatis municipiis civitatem ademit, ademit eisdem agros. de
agris ratum est, fuit enim populi potestas; de civitate ne tam diu quidem
valuit quam diu illa Sullani temporis arma valuerunt. an vero Volater-
ranis, cum etiam tum essent in armis, L. Sulla victor re publica reci-
perata comitiis centuriatis civitatem eripere non potuit, hodieque Vola-
terrani non modo cives, sed etiam optimi cives fruuntur nobiscum simul
hac civitate; consulari homini P. Clodius eversa re publica civitatem ad-
imere potuit concilio advocato, conductis operis non solum egentium, sed
etiam servorum, Fidulio principe, qui se illo die confirmat Romae non
fuisse? quod si non fuit, quid te audacius qui eius nomen incideris? quid 80
desperatius qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare

1 sui potestatem *Mo.* : inpietatem (*vel* im-) ω : libertatem ς ‖ 2 ipse[1] ς : se ω | auctore **G** | dicere **GV** ‖ 3 in illa] nulla **G** | adoptatione **PGV** : adoptione **HM** ‖ 4 esse ω : se **P** | fonteius vitae **PH** : fonte . . . vitae *spatio trium fere litt. relicto* **G** : fonte vite **MV** ‖ 5 aut[1]] autem **H**[1] ‖ 6. 7 certe non **PGM** : certe (te *in ras.*) num **H** : certe ne **V** ‖ 7 ius a *ex* iussa **P**[2] ‖ 8 comparandum **H** ‖ 9 posset **H** ‖ 11 solo rem ς : sororem ω | referri *Faernus* : referre ω ‖ 12 nemo *bis* **H** | amittit **G** ‖ 14 nisi *R. Kl.* : ni **P**[2] : hi **GM** : hy **V** : qui **H** : *om.* **P**[1] | fati **P**[1] ‖ 15 prius **PHV** : plus **GM** | mittebant **P**[1] ‖ 16 mutandi soli] vertendi sola **G** ‖ 17 faciendum **G**[1]**M** | ademptione **GM** : ademotione **PHV** ‖ 18 faciebant] adigebantur *Ha., sed cf. Zie. 206* | Sulla *edd.* : sylla (y *in ras.* **P**) **PGM** : si- **HV** ‖ 19 ademit eisdem . . . 20 populi *om.* **M** | ademit ademit **P**[2] : ademit **P**[1]**GHV** | isdem **GV** ‖ 20 diu *om.* **GMV** ‖ 21 Sullani *edd.* : sy- **PG** : si- **H** : sillam **V** : *om.* **M** | an *Lb.* : hanc ω ‖ 22 tum etiam **G** | Sulla *edd.* : sy- **PGM** : si- **HV** | reciperata **PH**[1] : recu- **GH**[2]**MV** ‖ 24 fruuntur *ex* feruntur **P**[2] ‖ 27 fidulio **PH** : fiduli **GMV** : Fidulo *Sh. B. 265* ‖ 28 ⟨in aes⟩ eius *Ant. Augustinus, sed cf. Zie. 206*

meliorem? sin autem is primus scivit, quod facile potuit, ⟨qui⟩ propter inopiam tecti in foro pernoctasset, cur non iuret se Gadibus fuisse, cum tu te fuisse Interamnae probaveris? hoc tu igitur, homo popularis, iure munitam civitatem et libertatem nostram putas esse oportere, ut, si tribuno plebis rogante 'VELITIS IVBEATISNE' Fidulii centum se velle et iubere dixerint, possit unus quisque nostrum amittere civitatem? tum igitur maiores nostri populares non fuerunt, qui de civitate et libertate ea iura sanxerunt quae nec vis temporum nec potentia magistratuum nec res iam iudicata nec denique universi populi Romani potestas, quae
81 ceteris in rebus est maxima, labefactare possit. at tu etiam, ereptor civitatis, legem de iniuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui Menullae pergratam, qui tibi ob eam legem statuam in meis aedibus posuit, ut locus ipse in tanta tua iniuria legem et inscriptionem statuae refelleret, quae res municipibus [Anagninis] ornatissimis multo maiori dolori fuit quam quae idem ille gladiator scelera Anagniae fecerat.

81 82 Quid? si ne scriptum quidem umquam est in ista ipsa rogatione, quam se Fidulius negat scivisse, tu autem, ut acta tui praeclari tribunatus hominis dignitate cohonestes, auctorem amplexaris — sed tamen, si nihil de me tulisti quo minus essem non modo in civium numero, sed etiam in eo loco in quo me honores populi Romani conlocarunt, tamenne eum tua voce violabis quem post nefarium scelus consulum superiorum tot vides iudiciis senatus, populi Romani, Italiae totius honestatum, quem ne tunc quidem cum aberam negare poteras esse tua lege senatorem? ubi enim tuleras ut mihi aqua et igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popilio, Saturninus de Metello tulit. homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus, non ut esset interdictum, quod ferri non poterat, tu-

1 autem *om.* **GMV** | is **P**^{2}**GHM** : his **P**^{1} : hys **V** | quod **PH** : quid **GV** : qui **M** | qui *add. Bai.* || 2 pernoctasset **P**^{1}**GV** : pernoctasse **P**^{2} : pernotasse **M** : pernoctans **H** | non**iuret **P** | Gadibus *edd.* : gadiuius **PHM** : gabinius **V** : gabiis **G** *A. Kl.*^{1} *384* | fuisset **P**^{1} || 5 et **PHM** : ei **GV** || 6 dixereint **H** : dixerunt **V** || 7 liberate **H** : liberta **V** || 8 ea (a *in ras.*) **P** | nec^{2} *ex* ne **P**^{2} || 9 res iam iudicata *Ha.* : res tum iudicata **PGMV** : res iudicata **H** : rerum iudicata⟨rum auctoritas⟩ *Mdv.*^{2} *221* : res decemvirum iudicata *Syd.*^{2} *173, cf. § 78 p. 63, 9* || 11 legem . . . 17 tu autem *om.* **H** | iniuris **P**^{1} | menull(a)e **PM** : meni ille **G** : ei ville **V** | pergratam *Mdv.*^{2} *222* : per gratiam *ω* || 13 inscriptionem *edd.* : scriptionem *ω* || 14 anagninis **P**^{2}**G** : *del. A. Kl.*^{1} *385* : anagnitiis **M** : anagnis **P**^{1} : an angninis **V** | ornatissimis **GMV** : municipibus **P**^{1} : *om.* **P**^{2} (*i. e.* **P**^{2} *del.* municipibus) | dolori **GMV** : dolore **P** || 15 anagniae fecerat **P** : anagni effecerat **GM** : anni effecerat **V** || 16 usquam *Gul.* || 17 Fidulius *edd.* : fidulus **PGM** : fidulis **V** || 18 honestes **H** : *deest* **V** | auctorem . . . tamen *om.* **H** | auctorem *ω* : auctoritatem *edd.* : auctorem eum *Mat. 277* | amplexaris *Ha.* : amplexeris **PG** : amplecteris **M** : *deest* **V** | tamen si **P**^{2}**GM** : damensi **P**^{1} : si **H** : *deest* **V** || 20 collocarunt **PH** : -averunt **GMV** | tamenne **PH** : am ne **V** : anne **G** : necne **M** || 22 totius italiae **H** || 23 tunc **PGV** : tum **HM** *Mue.* | aberam **P**^{2}**GMV** : abearam **P**^{1} : adhoram **H** | lege **P**^{2}**GHM** : lege te **P**^{1}**V** | sanatorem **H** || 24 igni **P**^{1} : ignis *ω* | gracchus **GM** : graccus **PV** : gracus **H** : c. gracchus *ς* | pompilio **G** || 26 ferre **H**

lerunt, sed ut interdiceretur. ubi cavisti ne meo me loco censor in sena-
tum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est,
scriptum est in legibus. quaere haec ex Cloelio, scriptore legum tuarum, 83
iube adesse; latitat omnino, sed si requiri iusseris, invenient hominem
apud sororem tuam occultantem se capite demisso. sed si patrem tuum,
civem medius fidius egregium dissimilemque vestri, nemo umquam sanus
exsulem appellavit, qui, cum de eo tribunus plebis promulgasset, adesse
propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit, eique imperium est
abrogatum – si in illo poena legitima turpitudinem non habuit propter
vim temporum, in me, cui dies dicta numquam est, qui reus non fui,
qui numquam sum a tribuno plebis citatus, damnati poena esse potuit, 82
ea praesertim quae ne in ipsa quidem rogatione praescripta est? ac vide 84
quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum et hanc fortu-
nam condicionemque nostram. patrem tuum, civem optimum, clarissimi
viri filium, qui si viveret, qua severitate fuit, tu profecto non viveres,
L. Philippus censor avunculum suum praeteriit in recitando senatu. ni-
hil enim poterat dicere qua re rata non essent quae erant acta in ea re
publica in qua se illis ipsis temporibus censorem esse voluisset; me L. Cot-
ta, homo censorius, in senatu iuratus dixit se, si censor tum esset cum
ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse. quis in meum 85
locum iudicem subdidit, quis meorum amicorum testamentum discessu
meo fecit qui mihi non idem tribuerit quod et si adessem, quis me
non modo civis, sed socius recipere contra tuam legem et iuvare dubita-
vit? denique universus senatus, multo ante quam est lata lex de me,
gratias agendas censuit civitatibus iis quae M. Tullium – tantumne?
immo etiam – civem optime de re publica meritum recepissent. et tu
unus pestifer civis eum restitutum negas esse civem quem eiectum
universus senatus non modo civem, sed etiam egregium civem semper
putavit?

At vero, ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur, 86

1 meo me ω : meo P^1 : ⟨me⟩ meo *Bai.* || 2 omni P^1 | quibus *Faber* : quibusdam ω || 3 quaere **PHM** : quare **G** : quero **V** | haec **PH** : hoc **GMV** | cloelio **PGH** : clodio **V** : m. clodio **M** || 4 iubeat esse P^1 || 5 demisso **PGV** : di- **H** : demisse **M** || 6 civem *om.* **H** | dissimilem **H** || 8 cinnani temporis noluit **PH** : cinna . . . noluit *spatio quattuor fere litt. relicto* **G** : cinnantem voluit **M** : tumanitatem noluit **V** | eique **GMV** : etque P^1 : et eque **H** : atque P^2 || 10 numquam] non **H** || 11 sum a] summa P^1 : suam **V** || 12 perscripta **G** : proscripta *Graev.* || 16 phippus H^1 : philippulis **V** | praeterit **P** || 17 enim *om.* **GMV** || 19 se si P^2**GMV** : si sic P^1 : rei **H** | tum] cum **H** || 20 ego **P** : *om.* ω | meo] in eo **G** | quis H^2 : qui ω || 22 meo fecit P^2**H** : me officit P^1 : meo efficit **G** : meo effecit **M** : meo officit **V** | et **PGH** : etiam **M** : *om.* **V** *Bai.* || 23 civis *ex* cis P^2 || 25 iis **GHV** : his **PM** || 27 negas esse P^2**GHM** : negasse P^1 : esse negas **V** | eiectum G^2**M** : electum **P**G^1**HV** || 30 loquuntur **G** : locuntur ω

Kaeso ille Quinctius et M. Furius Camillus et C. Servilius Ahala, cum essent optime de re publica meriti, tamen populi incitati vim iracundiamque subierunt, damnatique comitiis centuriatis cum in exsilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. quod si his damnatis non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestavit — nam etsi optabilius est cursum vitae conficere sine dolore et sine iniuria, tamen ad immortalitatem gloriae plus adfert desideratum esse a suis civibus quam omnino numquam esse violatum —, mihi sine ullo iudicio populi profecto, cum amplissimis omnium iudiciis restituto maledicti locum aut criminis obti-
87 nebit? fortis et constans in optima ratione civis P. Popilius semper fuit; tamen eius in omni vita nihil est iam ad laudem inlustrius quam calamitas ipsa. quis enim iam meminisset eum bene de re publica meritum, nisi et ab improbis expulsus esset et per bonos restitutus? Q. Metelli praeclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena gravitatis; tamen huius viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagavit.

33 Quod si [et] illis qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus, reducti inimicis interfectis rogationibus tribuniciis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italiae, non desiderio civitatis, iniuria inimicorum probro non fuit, in me qui profectus sum integer, afui simul cum re publica, redii cum maxima dignitate ⟨te⟩ vivo, fratre tuo altero consule reducente, altero praetore patiente, tuum scelus meum probrum
88 putas esse oportere? ac si me populus Romanus incitatus iracundia aut invidia e civitate eiecisset idemque postea mea in rem publicam beneficia recordatus se collegisset, temeritatem atque iniuriam suam resti-

1 caeso **P**^{1} : ce- **GMV** : censor **P**^{2}**H** | quinctius **P**^{2} : quincitius **P**^{1} : quintius **GHMV** | et^1 . . . Camillus *om.* **P**^{1} | C. *Gar.* : m. ω *ex quo apparet iam in archetypo excidisse* Furius Camillus et C.; *cf. A. Kl.*^{1} *385, adn. 2* | ahala cum **P** : ac alii cum **G** : achaicum **MV** : cum **H** || 2 incitati vim *edd.* : incitatim **P**^{1} : incitatum **G** : incitati in **HM** : incitati **P**^{2}**V** : incitati in⟨vidiam⟩ *A. Kl.*^{1} *385; cf. § 88 p. 66, 25* | iracundiamque **P**^{1}**GMV** : iracundiam quae **H** : iracundiam **P**^{2} || 5 restitui **P**^{1} | quod si **PHG**^{2} : quod **G**^{1}**MV** | iminuit **H** || 6 clarissimo **P**^{1} || 7 est *ex* et **P**^{2} || 10 restituto **P**^{2}**H** : restitutio **P**^{1}**GMV** || 12 ei **GMV** | est iam *R. Kl.* : est tam **PHV** : extat **G** : tam **M** || 14 q. **GH**^{2}**M** : q̄: **P** : qui **H**^{1} : que **V** || 16 sempiterni *Mdv.*^{1} *58, cf. § 112 p. 75, 21; sen. 27 p. 14, 18* || 18 et *del. Lb.* || 19 interfectis **GMV**, *cf. sen. 38 p. 18, 26* : interiectis **PH** || 20 italiae **P**^{2}**GH** : talia **P**^{1}**MV** || 21 probo **P**^{1} | afui **P** : aff- **GH**^{1}**MV** : abf- **H**^{2} || 22 cum re publica, redii cum *Pantagathus* : cum republica dicam **V** : cum (cu **G**) rei (r. **G**) p. dicam ω *sed* rei p. *in ras. et* i *insertum videtur in* **P** | te ς | fratre *scil. Q. Metello Nepote fratre amitino P. Clodi, quem simpliciter fratrem eius appellat; cf. § 7 p. 37, 11; § 13 p. 40, 3; § 70 p. 60, 24* || 23 consule **PGM** : consulari **H** : *om.* **V** | praetore *scil. Appio Claudio Pulchro* | praetore *post* 22 tuo *transp. A. Kl., fort. recte; cf. etiam H. Hill, CR 45, 1931, 218* | patiente *Man., sed cf. Pis. 35* : petente **PH** : ducente **G** : dicente **V** : detinente **M** || 25 invidia e **PH** : invidie **MV** : invidia **G** | rem p. ς : re (r. **G**) p. ω

tutione mea reprehendisset, tamen profecto nemo tam esset amens qui
mihi tale populi iudicium non dignitati potius quam dedecori putaret
esse oportere. nunc vero cum me in iudicium populi nemo omnium voca-
rit, condemnari non potuerim qui accusatus non sim, denique ne pulsus
quidem ita sim ut, si contenderem, superare non possem, contraque a
populo Romano semper sim defensus, amplificatus, ornatus, quid est qua
re quisquam mihi se ipsa populari ratione anteponat? an tu populum 89
Romanum esse illum putas qui constat ex iis qui mercede conducuntur,
qui impelluntur ut vim adferant magistratibus, ut obsideant senatum,
optent cotidie caedem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum nisi
tabernis clausis frequentare non poteras, cui populo duces Lentidios,
Lollios, Plaguleios, Sergios praefeceras. o speciem dignitatemque populi
Romani, quam reges, quam nationes exterae, quam gentes ultimae per-
timescant, multitudinem hominum ex servis, ex conductis, ex facinerosis,
ex egentibus congregatam! illa fuit pulchritudo populi Romani, illa forma 90
quam in campo vidisti tum cum etiam tibi contra senatus totiusque Ita-
liae auctoritatem et studium dicendi potestas fuit. ille populus est domi-
nus regum, victor atque imperator omnium gentium, quem illo clarissimo
die, scelerate, vidisti tum cum omnes principes civitatis, omnes ⟨homi-
nes⟩ ordinum atque aetatum omnium suffragium se non de civis sed de
civitatis salute ferre censebant, cum denique homines in campum non
tabernis sed municipiis clausis venerant. hoc ego populo, si tum consules 34 91
aut fuissent in re publica aut omnino non fuissent, nullo labore tuo praeci-
piti furori atque impio sceleri restitissem. sed publicam causam contra
vim armatam sine publico praesidio suscipere nolui, non quo mihi P. Sci-
pionis, fortissimi viri, vis in Ti. ⟨Gracchum tribunum plebis⟩, privati
hominis, displiceret, sed Scipionis factum statim P. Mucius consul, qui

1 repraehendisset (t *ex* d **P**²) **P** | profecto . . . amens **PH** : profectionem motam esse tamen is **GMV** || 2 mihi tale populi **P** : tale mihi populi **GMV** : mihi populi tale **H** || 3 vocaret **GMV** || 5 si **P**²**GMV** : si me **P**¹**H** || 7 ⟨in⟩ ipsa *Ern.; cf. § 87 p. 66, 11* in optima ratione || 8 iis **G** : his **PHM** : hys **V** || 10 optant *malit Mue.* | cotidie **GH** : -iae **P** : quotidie **M** : cottidie **V** | nisi *edd.* : in his **PH** : in iis **GMV** || 12 plaguleios **P** : placuleios **GMV** : *om.* **H** || 13 pertimescunt **G** || 14 multitudine **H** | facinerosis **P** : -nor- *ω* || 15 egentibus **P**²**GHV** : gentibus **P**¹**M** | illa fuit **PH** : affuit illa **G** : affuit **MV** || 16 etiam **PH** : iam **GMV** | senatum **GMV** || 17 ille *bis* **P**² || 19–20 omnes ⟨homines⟩ . . . omnium *Ha., cf. Cat. 4, 14* : omnes . . . omnium *ω Kasten* : homines . . . omnium *Bai.* || 20 civi **P**² || 21 civitatis *ex* civis **G**² || 22 clusis **P** | venerant *Ern. propter* 21 censebant; *cf. etiam Zie. 206* : venerunt *ω* | tunc populo **G** | tum **PH** : tunc **GMV** || 23 in re p.] e re p. *Mdv.² 222* | praecipiti **GHMV** : praecipite **P**¹ : praecipisti **P**² || 24 impio **PGM** : imperio **HV** || 25 publico *Gar., cf. Pis. 77; Sest. 43* : populi *ω* || 26 vis in Ti. ⟨Gracchum tribunum plebis⟩ *A. Kl.* : vis inti **P**¹ : vis intima **P**²**H** : vis **GMV** : vis in Ti. ⟨Gracchum⟩ *Bai.* : vis in tr. ⟨pl.⟩ *Jeep¹ 616* : virtus in Ti. ⟨Graccho⟩ *Mdv.² 223*

in gerenda re [publica] putabatur fuisse segnior, gesta multis senatus consultis non modo defendit, sed etiam ornavit. mihi aut te interfecto cum consulibus aut te vivo et tecum et cum illis armis decertandum fuit.
92 erant eo tempore multa etiam alia metuenda. ad servos medius fidius res publica venisset; tantum homines impios ex vetere illa coniuratione iniustum nefariis mentibus bonorum odium tenebat.

Hic tu me etiam gloriari vetas, negas esse ferenda quae soleam de me praedicare, et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum ac venustum, me dicere solere esse me Iovem, eundemque dictitare Minervam esse sororem meam. non tam insolens sum, quod Iovem esse me dico, quam ineruditus, quod Minervam sororem Iovis esse existimo; sed tamen ego mihi sororem virginem adscisco, tu sororem tuam virginem esse non sisti. sed vide ne tu te soleas Iovem ducere, quod tu iure eandem sororem
35 et uxorem appellare possis. et quoniam hoc reprehendis, quod solere me
93 dicas de me ipsum gloriosius praedicare, quis umquam audivit cum ego de me nisi coactus ac necessario dicerem? nam si, cum mihi furta, largitiones, libidines obiciuntur, ego respondere soleo meis consiliis, periculis, laboribus patriam esse servatam, non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari quam de obiectis confiteri. sed si mihi ante haec durissima rei publicae tempora nihil umquam aliud obiectum est nisi crudelitas ea unius temporis cum a patria perniciem depuli, quid? me huic maledicto
94 utrum non respondere an demisse respondere decuit? ego vero etiam rei publicae semper interesse putavi me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus consensu bonorum omnium pro salute patriae gessissem, splendorem verbis dignitatemque retinere, praesertim cum mihi uni in hac re publica audiente populo Romano opera mea hanc urbem et hanc rem publicam esse salvam iurato dicere fas fuisset. exstinctum est iam illud maledictum crudelitatis, quod me non ut crudelem tyrannum, sed ut mitissimum parentem omnium civium studiis desideratum, repetitum, arcessitum vident.

95 Aliud exortum est; obicitur mihi meus ille discessus. cui ego crimini

1 re [publica] *Ha.* : re p. PH^{2}V : r. p. GM : p. H^1 | ⟨re⟩ gesta ς *Ha. Mo.; cf. Rue. 32* || 3 decertando P || 4.5 res publica venisset *Ha.; cf. § 111 p. 75, 2–3; Sest. 47* : res pervenisset (-te H) ω || 5 iniustum H^2 || 6 odium tenebat *ed. Hervagiana* : odium netenebat P : odium retinebat ω || 10 dicam HV || 11 quam PGM : tam V : non tam H | ineruditus *edd.* : eruditus ω | minervam me H | existimem H || 12 mihi *om.* GMV | virgines H^1 | adscisco P^{1}V : ascisco P^{2}G : adsisco M : abscisco H || 13 sisti PH : scisti GM : conscisti (non *om.*) V | soleas] debeas H | ducere *Grut.* : dicere ω || 15 ipsum P^1 *Mue.* : ipso ω || 18 tam *ex* eam H^2 || 19 non confiteri H | si P^{2}GHV : se P^1 : *om.* M | haec *ex* hoc P^2 || 20. 21 ea unius ω : illius H : eius unius *Mue.* : mea unius *Mo.* : ⟨et⟩ ea unius *Mdv.^{2} 213* : ea⟨que⟩ unius *Ha. ap. Rue. 32* || 22 an ... decuit *in ras.* H^2 | ego *om.* H || 23 pulcherri P^1 | quod ex quo ex P || 25 verbis GMV : urbis PH | retinere ... praesertim *spatio viginti fere litt. relicto* G || 30 accersitum GMV || 31 exoratum P^1

respondere sine mea maxima laude non possum. quid enim, pontifices, debeo dicere? peccati me conscientia profugisse? at id quod mihi crimini dabatur non modo peccatum non erat, sed erat res post natos homines pulcherrima. iudicium populi pertimuisse? at id nec propositum ullum fuit, et, si fuisset, duplicata gloria discessissem. bonorum mihi praesidium defuisse? falsum est. me mortem timuisse? turpe est. dicendum igitur est **36 96**
id quod non dicerem nisi coactus — nihil enim umquam de me dixi sublatius adsciscendae laudis causa potius quam criminis depellendi —, dico igitur et quam possum maxuma voce dico: cum omnium perditorum et coniuratorum incitata vis duce tribuno plebis, consulibus auctoribus, adflicto senatu, perterritis equitibus Romanis, suspensa ac sollicita tota civitate non tam in me impetum faceret quam per me in omnis bonos, me vidisse, si vicissem, tenuis rei publicae reliquias, si victus essem, nullas futuras. quod cum iudicassem, deflevi coniugis miserae discidium, liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimae familiae ruinas; sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum civium, remque publicam concidere unius discessu quam omnium interitu occidere malui. speravi, id quod accidit, me iacentem posse vivis viris fortibus excitari; si una cum bonis interissem, nullo modo posse ⟨rem publicam⟩ recreari. accepi, pontifices, ma- 97
gnum atque incredibilem dolorem; non nego neque istam mihi adscisco sapientiam quam non nulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse atque adflicto loquebantur. an ego poteram, cum a tot rerum tanta varietate divellerer, quas idcirco praetereo quod ne nunc quidem sine fletu commemorare possum, infitiari me esse hominem et communem naturae sensum repudiare? tum vero neque illud meum factum laudabile nec beneficium ullum a me in rem publicam profectum dicerem, si quidem ea rei publicae causa reliquissem quibus aequo animo carerem, eamque animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem. suscipere tantos animi dolores atque **37 98**
ea quae capta urbe accidunt victis, stante urbe unum perpeti et iam se

1 mea *ex* ea **P**^{2} || 2 me conscientia *ω* : me cos. scientia me **P**^{1} : -ne conscientia me *Ha.* | at **GM** : ad **PV** : aut **H** | crimine **P**^{2} || 4 pertinuisse **P** | at **M** : ad **PGV** : aut **H** | id *del. Mo., sed cf. Nis. 151* || 8 causae **P** | potius] totius **P** || 10 incitata *ς* : incita **PHV** : inciti **GM** | vis **PHV** : *spatio sex fere litt. relicto om.* **G** : *sine lac. om.* **M** || 11 adflicto **P**^{1} : aff- **GMV** : et adflicto **P**^{2} : et aff- **H** || 13 nulla **P**^{1} || 16 subitas ... fundatissimae *spatio quinque fere litt. relicto* **G** | runas **P**^{1} || 17 vitare **P**^{1} | rem **H** | concidere **G** *cf. § 63 p. 58, 9; Mil. 19* : condere **P**^{1}**H** : concedere **P**^{2}**MV** : considero *Mdv.*^{3} *140* | unius] meo **H** *ς* || 18 malui **GHMV** : mlui **P**^{1} : meliu **P**^{2} | quod *ex* quo **P**^{2} || 19 a vivis *in ras.* **H** | excitari si *ex* excitaris **P**^{2} | una* (m *eras.*) **H** || 20 nulla **P**^{1} | rem p. *add. Naeg.; cf. § 122 p. 79, 6* : *ante* nullo *add. A. Kl.* | accepit **P**^{1} || 21 negonque **P**^{1} || 23 a **P**^{2}**GHV** : *om.* **P**^{1}**M** || 25 inficiari **HM** : inficiare **PGV** || 27 rem p. *ς* : r. p. **G** : re p. *ω* || 28 quibus ... carerem *om.* **G** | *eamque *in ras. et* m *eras.* **P** || 31 perpeti **P**^{2}**GHM** : perpiti **P**^{1} : perfici **V** | et iam] ac etiam **G**

videre distrahi a complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas, patriae denique causa patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, praecipitari ex altissimo dignitatis gradu, videre praetextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentis funeris — haec omnia subire conservandorum civium causa atque ita ⟨ut⟩, cum dolenter ⟨fer⟩as, sis non tam sapiens quam ii qui nihil curant, sed tam amans tuorum ac tui quam communis humanitas postulat, ea laus praeclara atque divina est. nam qui ea quae numquam cara ac iucunda duxit animo aequo rei publicae causa deserit, nullam benivolentiam insignem in rem publicam declarat; qui autem ea relinquit rei publicae causa a quibus cum summo dolore divellitur, ei cara patria est, cuius salutem caritati anteponit suorum.

99 Qua re dirumpatur licet ista furia atque ⟨pestis patriae⟩, audiet haec ex me, quoniam lacessivit: bis servavi ⟨rem publicam⟩, qui consul togatus armatos vicerim, privatus consulibus armatis cesserim. utriusque temporis fructum tuli maximum, superioris, quod ex senatus auctoritate et senatum et omnis bonos meae salutis causa mutata veste vidi, posterioris, quod et senatus et populus Romanus et omnes mortales et privatim et publice iudicarunt sine meo reditu rem publicam salvam esse non posse.

100 Sed hic meus reditus, pontifices, vestro iudicio continetur. nam si vos me in meis aedibus conlocatis, id quod in omni mea causa semper studiis, consiliis, auctoritatibus sententiisque fecistis, video me plane ac sentio restitutum. sin mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monumentum praebet inimico doloris mei, sceleris sui, publicae calamitatis, quis erit qui hunc reditum potius quam poenam sempiternam putet? in conspectu prope totius urbis domus est mea, pontifices; in qua si manet illud non monumentum [urbis], sed sepulcrum inimico nomine

1 disturbari **G** : -are *ω* || 2 denique *om.* **GMV** | ipsam . . . amittere *spatio viginti fere litt. relicto* **G** || 4 praetextatos **M** : praetextos *ω* || 5. 6 ⟨ut⟩ cum ς *Kasten* : tum **PH** : cum **GM** : tum cum **V** : ut *Or.* : ⟨pati⟩ ut *Ha. ap. Rue. 32* : ⟨sustinere⟩ ut *Rue. 32; cf. § 101 p. 71, 17* : *plura ante* cum *excidisse censet A. Kl.* : ⟨excipere, ut summa animi patiare tormenta⟩ cum *Syd.*^{2} *170* || 6 ⟨fer⟩as sis *Kasten* : assis **P**^{2}**GH** : as et sis **P**^{1}**MV** : ⟨fer⟩as et sis *Bai.* : absis ς *Or.* | ii **G** : hi **PM** : hii **H** : hy **V** || 8 divina est **G** : divina sit **MV** : divina **PH** *cf. A. Kl.*^{2} *513* || 10 rem p. *edd.* : re p. **PHV** : r. p. **G** : *deest* **M** || 11 divelletur **P**^{1} | cara **PHM** : curae **G** : cura **V** || 13 dirumpatur **PHV** : disrumpatur **GM** | atque] patriae *Wui.* | pestis patriae *add. Bai.* : pestis *Pet.* | audiet *Mdv.*^{2} *224* : audiat *ω* || 14 servavi ⟨rem p.⟩ *Kays.* : ⟨rem p.⟩ servavi *Gar.; cf. Sest. 49* | qui *Gar.* : ut *ω* : ut ut **V** : qui ut ς : cum *Ha. ap. Rue. 33* || 15 armatus^{1} **P**^{1} || 17 mutata *ex* multa **P**^{2} || 21 id . . . 22 fecistis *del. Ka. 402* | causa mea **GMV** || 23 restitutum] restitum sine mea domo me plane ac sentio restitutum **P**^{1} || 24 monumentum **PV** : moni- **GHM** || 26 prope **GM** : propter **PV** : praeterea **H**ς || 27 urbis *del. Ern.* : libertatis *Naeg.; cf. Bus. 1358* : iuris *Syd.*^{2} *174* : virtutis *Mue.* : tribuniciae potestatis *Schoe. 435, adn. 1*

inscriptum, demigrandum potius aliquo est quam habitandum in ea urbe in qua tropaea de me et de re publica videam constituta. an ego tantam **38** 101 aut animi duritiam habere aut oculorum impudentiam possim ut, cuius urbis servatorem me esse senatus omnium adsensu totiens iudicarit, in ea possim intueri domum meam eversam non ab inimico meo sed ab hoste communi, et ab eodem ⟨aedem⟩ exstructam et positam in oculis civitatis, ne umquam conquiescere possit fletus bonorum? Sp. Maeli regnum adpetentis domus est complanata et, quia illud 'aequum' accidisse populus Romanus 'Maelio' iudicavit, nomine ipso 'Aequimaeli' iustitia poenae comprobata est. Sp. Cassio domus ob eandem causam eversa atque in eo loco aedis posita Telluris. in Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata est et eversa, ut illius facinus memoria et nomine loci notaretur. M. Manlius cum ab ascensu Capitoli Gallorum impetum reppulisset, non fuit contentus benefici sui gloria; regnum adpetisse est iudicatus. ergo eius domum eversam duobus lucis convestitam videtis. quam igitur maiores nostri sceleratis ac nefariis civibus maximam poenam constitui posse arbitrati sunt, eandem ego subibo ac sustinebo, ut apud posteros nostros non exstinctores coniurationis et sceleris sed auctores et duces fuisse videamur? hanc vero, pontifices, labem turpitudinis et in- 102
constantiae poterit populi Romani dignitas sustinere vivo senatu, vobis principibus publici consili, ut domus M. Tulli Ciceronis cum domo ⟨M.⟩ Fulvi Flacci ad memoriam poenae publice constitutae coniuncta esse videatur? M. Flaccus quia cum C. Graccho contra salutem rei publicae fecerat, ex senatus sententia est interfectus, eius domus eversa et publi-

8–10 (domus . . . est) *cf. Val. Max. 6, 3, 1c* area vero domus eius (*sc. Sp. Maeli*), quo iustitia supplicii notior ad posteros perveniret, Aequimaeli appellationem traxit

1 potius] i potius **P**[1] : mihi potius *Ha.* || 2 tropaea **P** : trophea *ω* || 4 adsensu *om.* **GMV** || 6 aedem *add. Lb.* || 7 umquam *edd.* : numquam (nun- **G**) *ω* : utique **M** | sp. **PGM** : ·s·p· **H** : sed p. **V** | Maeli *edd.* : malii **P**[1] : mallii **P**[2]**GH** : malli **MV** || 8 complan∗ata **H** | quia illud *Spengel* : qui aliud *ω* : quid aliud **H** : quia id *A. Kl.* | aecum **P** || 9 maelio (l *in ras.*) **P** : melio **V** : mallio **H** : meo **M** : *spatio quattuor fere litt. relicto om.* **G** | aequimaeli *edd.* : aequemeli (l *in ras.*) **P** : aequae mallii **H** : eque mei **MV** : aeque in eis **G** || 9.10 iustitia poenae *Ha.; cf. Val. Max.* iustitia supplicii : stultitia p(o)ena *ω* || 10 cassio **PMV** *cf. § 135 p. 84, 4* huic novo pontifici; *A. Kl.*[3] *222* : cassii **GH** | eversa ⟨est⟩ *Lb.* || 11 eo **PGV** : eodem **HM** | pratis *ex* patris **P**[2] || 12 facinus memoria et (-riae **P**[1]) *ω* : facinoris memoria *Bai.* : facinoris memoria et *Kays.* || 13 notaretur **P**[2]**GHM** : notarentur **V** : no **P**[1] | Manlius *edd.* : manilius *ω* : anilius **G** | repulisset **PMV** || 14 est *om.* **GMV** || 15 lucis **P**[2]**GV** : locis **P**[1]**HM** || 16 nefaris **P**[1] || 17 aput **P** || 18 extinctores **P**[1]**G** : extinctor **P**[2]**HMV** | sed **GHM** : et **PV** || 18.19 auctores et duces **P**[1]**G** : auctor et dux **P**[2]**HMV** || 19 videamur **G** : videantur **P**[1] : videar **P**[2]**HMV** | labem *ex* abem **P**[2] || 21 M. *add. Mo.* || 22 publice **MV** : -ae **PG** : p. **H** | coniuncta **P**[2]**H** : coniunta **P**[1] : iuncta **GMV** || 23 c. **PHV** : g. **M** : *om.* **G** | graccho **GH** : gracco **MV** : cracco **P** || 24 ex **V** *Gar.* : et *ω* | et eius **H**

cata est. in qua porticum post aliquanto Quintus Catulus de manubiis Cimbricis fecit. ista autem fax ac furia patriae cum urbem Pisone et Gabinio ducibus cepisset, occupasset, teneret, uno eodemque tempore et clarissimi viri mortui monumenta delebat et meam domum cum Flacci domo coniungebat, ut, qua poena senatus adfecerat eversorem civitatis,
39 eadem iste oppresso senatu adficeret eum quem patres conscripti custo-
103 dem patriae iudicassent. hanc vero in Palatio atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunicii, sceleris consularis, crudelitatis coniuratorum, calamitatis rei publicae, doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? quam porticum pro amore quem habetis in rem publicam et semper habuistis, non modo sententiis sed, si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis, nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

104 O rem quam homines soluti ridere non desinant, tristiores autem sine maxumo dolore audire non possint! Publiusne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is ⟨in⟩ meam intulit? huncin vos, qui estis antistites caerimoniarum et sacrorum, auctorem habetis et magistrum publicae religionis? o di immortales! – vos enim haec audire cupio – P. Clodius vestra sacra curat, vestrum numen horret, res omnis humanas religione vestra contineri putat? hic non inludit auctoritati horum omnium qui adsunt summorum virorum, non vestra, pontifices, gravitate abutitur? ex isto ore religionis verbum excidere aut elabi pot-
40 est? quam tu eodem ore accusando senatum, quod severe de religione de-
105 cerneret, impurissime taeterrimeque violasti. aspicite, pontifices, hominem religiosum et, si vobis videtur, quod est bonorum pontificum, monete eum modum quendam esse religionis, nimium esse superstitiosum non oportere. quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium quod alienae domi fieret invisere? quae autem te tanta mentis imbecillitas tenuit ut non putares deos satis posse placari nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses? quem umquam audisti maiorum tuorum, qui et sacra privata coluerunt et publicis sacerdotiis praefuerunt, cum sacrificium Bonae Deae fieret interfuisse? neminem, ne illum quidem

1 quintus **P** : q. *ω* | manibis **H**^{1} : manibus **V** || 2 cymbricis **H** : conbricis **V** | feci **P**^{1} || 3 cepisset **MV** : caep- **P** : coep- **G** : fecisset **H** || 4 et meam **HM** : meam et **PV** : meam etiam **G** || 6 p. c. **P**^{2}**GH** : p. **P**^{1} : p. r. **M** : r. p. **V** || 8 tribuniciis **P**^{1} || 11 habuisti **P** || 12 sentis **P**^{1} | nisi* (i *ex* u *videtur*) **H** || 13 deterret **P**^{2}**GHV** : deterr **P**^{1} : deterreret **M** : deterrebit *A. Kl.* || 14 soluti **GV** : soluti a cura liberati (libertati **H**) **PH** : soliti ac vestre libertati **M** | desinunt **H** || 15 publius nec **H** | claudius **GMV** || 16 his **P**^{1} | in **H**ς : *om.* *ω* | huncin **PMV** : hunccine **G** : hunc in quam in **H** || 16.17 qui estis **P**^{2}**GHV** : quies **P**^{1} : quietis **M** || 17 actorem **H** || 20 contineri **GM** : -ere **PHV** | putant **H** || 21 non *ex* no **P**^{2} || 22 potes **P**^{1} || 23 quam *Lb.* : cum *ω* || 24 aspicite **PHV** : aspicite *bis* **GM** *fort. recte* || 27 ani*li (l *eras.*) **P** : an illi **H** || 30 implicavisses *Zie. 206* | quem umquam **PHM** : qu(a)e nunquam **GV**

qui caecus est factus. ex quo intellegitur multa in vita falso homines opinari, cum ille, qui nihil viderat sciens quod nefas esset, lumina amisit, istius, qui non solum aspectu sed etiam incesto flagitio et stupro caerimonias polluit, poena omnis oculorum ad caecitatem mentis est conversa. hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio potestis, pontifices, non commoveri, cum suis se dicat manibus domum civis optimi evertisse et eam isdem manibus consecrasse?

Quae tua fuit consecratio? 'tuleram' inquit, 'ut mihi liceret.' quid? non 106
exceperas ut, si quid ius non esset rogari, ne esset rogatum? ius igitur statuetis esse unius cuiusque vestrum sedes, aras, focos, deos penates subiectos esse libidini tribuniciae? in quem quisque per homines concitatos inruerit, quem impetu perculerit, huius domum non solum adfligere, quod est praesentis insaniae quasi tempestatis repentinae, sed etiam in posterum tempus sempiterna religione obligare? equidem sic accepi, pon- 41 107
tifices, in religionibus suscipiendis caput esse interpretari quae voluntas deorum immortalium esse videatur; nec est ulla erga deos pietas ⟨ni⟩si honesta de numine eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab his quod sit iniustum aut inhonestum arbitrare. hominem invenire ista labes, tum cum omnia tenebat, neminem potuit cui meas aedis addiceret, cui traderet, cui donaret. ipse cum loci illius, cum aedium cupiditate flagraret ob eamque causam unam iniusta illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisset, tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cuius cupiditate inflammatus erat, possidere; deos immortalis existimatis, cuius labore et consilio sua ipsi templa tenuerunt, in

23 deos . . . 24 labore et cum domum . . . p. 74, 1–2 et eversam immigrare voluisse *Arusianus, GL VII 484, 3*

1 factus est **H** ‖ 2 cum . . . amisit *ω cf. Mue. ad Verr. 2, 141; F. Gaffiot, Pour le vrai latin, 1909, 135; Nis. 158* : quoniam . . . amisit *Naeg.* : cum . . . amiserit *E. Hoffmann, Die Construction der lateinischen Zeitpartikeln, 1873, 72* | viderat **P** : -eret *ω* | esset *ex* sed **P**^{2} | luna **P**^{1} ‖ 3 et stupro] estu per **V** : *om.* **G** ‖ 3–4 caerimonias . . . ad *om.* **H** ‖ 5 potestis *ω* : testis **P**^{1} : non potestis *sublato in fine sententiae signo interrogationis Ha.* ‖ 6 commovere **P**^{1} | se dicat **GMV** : dicat se **PH** ‖ 7 isdem **PHV** : iisdem **GM** ‖ 8 inquid **P**^{1} ‖ 9 rogari *Brissonius; cf. Caec. 94* : -are *ω* | ne **PH** : non **GMV** ‖ 10 uniusque **P**^{1} : unius **M** | sedes **PH** : domos aedes **G** : domo sedes **MV** ‖ 11 subiectos *ς* : sublatos *ω* ‖ 12 impetum **HM** ‖ 14 equidem **P**^{2}**H** : h(a)ecquidem **P**^{1}**GM** : *deest* **V** | accepi **PHV** : ante accepi **G** : accepi a te **M** ‖ 15 religionibus *ex* regionibus **P**^{2} ‖ 16. 17 ⟨ni⟩si honesta . . . opinio *ς Or.* : si honesta . . . opinio **PH** : si honestas . . . opinio **GHV** : ⟨ni⟩si honestas⟨t⟩ . . . opinio *A. Kl., Praef. L* : si ⟨non est⟩ honesta . . . opinio *Schoe. 435* ‖ 18 aut *ω* : atque *vulgo* | arbitrare *ω* : arbitrere *ς* : arbitra⟨mur lice⟩re *A. Kl.* | hominem **PH** : hominem enim **GMV** : hominem autem *A. Kl.*^{1} *369* ‖ 19 tenebant **P**^{1} | aedis *om.* **H** | ediceret **H** ‖ 20 illi∗us **P** | cum^2 **V** : tum *ω* | flagraret **P**^{2}**H** : et flagra **P**^{1} : efflagaret **M** : efflagrasset **G** : efflagrata **V** ‖ 21 iniusta *Ern.* : una iusta **PHM** : iusta **GV** : inusta *Ha.* : funesta *Mue.* : universa *Lb.* ‖ 24 (con)silio . . . p. 74, 1 eius *om. Arus.* | sua *ex* sum **P**^{2}

eius domum adflictam et eversam per [vim] hominis sceleratissimi ne-
108 farium latrocinium immigrare voluisse? civis est nemo tanto in populo
extra contaminatam illam et cruentam P. Clodi manum, qui rem ullam
de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate me de-
fenderit. at qui aliqua se contagione praedae, societatis, emptionis con-
taminaverunt, nullius neque privati neque publici iudici poenam effu-
gere potuerunt. ex his igitur bonis quibus nemo rem ullam attigit qui
non omnium iudicio sceleratissimus haberetur, di immortales domum
meam concupiverunt? ista tua pulchra Libertas deos penates et familiares
meos lares expulit, ut se ipsa tamquam in captivis sedibus conlocaret?
109 quid est sanctius, quid omni religione munitius quam domus unius
cuiusque civium? hic arae sunt, hic foci, hic di penates, hic sacra,
religiones, caerimoniae continentur; hoc perfugium est ita sanctum omni-
42 bus ut inde abripi neminem fas sit. quo magis est istius furor ab auribus
vestris repellendus qui, quae maiores nostri religionibus tuta nobis et
sancta esse voluerunt, ea iste non solum contra religionem labefactavit,
sed etiam ipsius religionis nomine evertit.

110 At quae dea est? Bonam esse oportet, quoniam quidem est abs te de-
dicata. 'Libertas' inquit 'est.' eam tu igitur domi meae conlocasti, quam
ex urbe tota sustulisti? tu cum collegas tuos summa potestate praeditos
negares liberos esse, cum in templum Castoris aditus esset apertus nemini,
cum hunc clarissimum virum summo genere natum, summis populi
beneficiis usum, pontificem et consularem et singulari bonitate et mo-
destia praeditum, quem satis mirari quibus oculis aspicere audeas non
queo, audiente populo Romano a pedisequis conculcari iuberes, cum in-
demnatum ⟨me⟩ exturbares privilegiis tyrannicis inrogatis, cum prin-
cipem orbis terrae virum inclusum domi contineres, cum forum armatis
catervis perditorum hominum possideres, Libertatis simulacrum in ea

1 eversam **GMV** *Arus.* : versam **PH** | per ... 2 latrocinium *om. Arus.* | per [vim] *Mo.* : per vim *ω* : per unius **H** : per vim ⟨per⟩ *Syd.*^{2} *79* || 2 immigrasse **G**^{1} | civis **PG** : cuius **HMV** || 3 extra contra **P**^{1} || 4 adtigerit **P** | illa **P**^{1}**GMV** : illam **P**^{2}**H** : illa me *Gar.* | tempestate me *Bai.* : tempestatem **PH** : -e **GMV** || 5 atque **P**^{1} | se *om.* **P**^{1} || 7 quibus *ω* : quorum **H** : ⟨ex⟩ quibus *Lb., sed cf. Baehrens 292* || 9 concupierunt **G** || 10 se **M** *Gar.* : te **PGV** : a te **H** | collocaret **P**^{2}**GMV** : colo- **P**^{1} : collocaretur **H** || 12 sacra **P** : sacr(a)e *ω* || 13 religiones **P**^{2}**H** : legiones **P**^{1} : religionis **GMV** || 14 fas sit *ex* falsit **H**^{2} | quo **HM** : quod **PGV** | istius *om.* **H** | ab aedibus *Ka. 404* || 15 nostris **H** | qui] quia *Mat. 278* || 16 iste *del. Ka. 405, sed cf. Man. 33; Sest. 69; Phil. 3, 7* || 17 vertit **GMV** || 18 est^{2} *om.* **H** || 19 inquid **P**^{1} | est *om.* **H** | eam *om.* **P** || 20 totam *ς Ha.* | tu] tum **G** || 21 negares **GMV** : -are **PH** : vetares *Ha.* || 22.23 populi beneficiis (-cis **P**^{1}) **PH** : beneficiis populi **GV** : beneficiis p. r. **M** || 23 et (t *in ras.*) modestia **P** : eadem modestia **GMV** : eidem et modestia **H** || 24 audias **P**^{1} || 25 pedisequis **P**^{2} : pediequis **P**^{1} : pedissequis **GHMV** | indennatum **H** : indominato **PGV** : -tu **M** || 26 me *hic add. Bai.; cf. ad Att. 8, 18* qui me exturbent : *ante* indemnatum *Ha. ap. Rue. 34* | privilegis **P**^{1} || 28 possideres *ω cf. Mil. 76* ; obsideres *Graev.; cf. Balb. 5*

domo conlocabas quae domus erat ipsa indicium crudelissimi tui domina-
tus et miserrimae populi Romani servitutis? eumne potissimum Libertas 111
domo sua debuit pellere, qui nisi fuisset in servorum potestatem civitas
tota venisset?

At unde est ista inventa Libertas? quaesivi enim diligenter. Tanagraea 43
quaedam meretrix fuisse dicitur. eius non longe a Tanagra simulacrum
e marmore in sepulcro positum fuit. hoc quidam homo nobilis non alienus
ab hoc religioso Libertatis sacerdote ad ornatum aedilitatis suae depor-
tavit; etenim cogitarat omnis superiores muneris splendore superare.
itaque omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis et
⟨locis⟩ communibus tota ⟨e⟩ Graecia atque insulis omnibus honoris populi
Romani causa sane frugaliter domum suam deportavit. is postea quam 112
intellexit posse se interversa aedilitate a L. Pisone consule praetorem re-
nuntiari, si modo eadem prima littera competitorem habuisset aliquem,
aedilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis suis conlo-
cavit, signum de busto meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum
magis istorum quam publicae libertatis. hanc deam quisquam violare
audeat, [et] imaginem meretricis, ornamentum sepulcri, a fure sublatam,
a sacrilego conlocatam? haec me domo mea pellet, haec victrix adflictae
civitatis rei publicae spoliis ornabitur, haec erit in eo monumento quod
positum est ut esset indicium oppressi senatus ad memoriam sempiter-
nae turpitudinis? o Q. Catule! — patremne appellem ⟨ante⟩ an filium? 113
recentior enim memoria fili est et cum meis rebus gestis coniunctior —
tantumne te fefellit, cum mihi summa et cotidie maiora praemia in re
publica fore putabas? negabas fas esse duo consules esse in hac civitate
inimicos rei publicae; sunt inventi qui senatum tribuno furenti constric-
tum traderent, qui pro me patres conscriptos deprecari et populo suppli-

1 ipsa *om.* **GMV** | indicium *F. Nilaender, progr. Krotoschin 1874, 37; cf. § 112 p. 75, 21* : indicio (-tio **P**) *ω cf. codd. ad Rosc. com. 11; Caes. b. G. 1, 44, 6* || 2. 3 libertas sua potissimum domo **H** || 3 depellere **H** | nesi **P**[1] | potestatem *edd.* : -e *ω* || 5 at *ex* ad **P**[2] | est ista (*ex* ita **P**[2]) inventa (*om.* **M**) *ω* : inventa est ista **H**ς | quaestui* (-tui *in ras.* **P**[3]?) **P** || 6 Tanagra *Bai.* : tanacras **P** : tanagras **GHV** : tanagreis **M** || 9 gogitarat **P**[1] | superiores *edd.* : -is *ω* : *deest* **V** | splendores **P** || 10 fani *set **P** || 11 locis **H** : *om. ω* : *post* communibus *add. Ha.* | tota e ς : tota *ω* : in tota **H**[1] : in tota e **H**[2] : ⟨ex⟩ tota *Ha.* || 12 his **P**[1] || 13 a L. Pisone *edd.* : alpis se *ω* | renuntiare **H** || 14 competitorem **GMV** : competitor rem **PH** | aliquem ς : aliquam *ω* || 15 archa **H** : area **M** | ortis **HM** || 17 istorum ⟨licentiae⟩ *Markland; cf. § 131 p. 82, 21* || 17. 18 deam audeat violare quisquam **GM** : audeat quisquam deam violare **V** || 18 et *del.* ς | a **HV** : *om.* **PGM** | sublatam **PHV** : -um **GM** || 19 victrix *Ern.* : ultrix *ω* || 20 spolis **P**[1] || 21 sempiternam **H** || 22 ante *hic add. Mo., post* an *Ha. ap. Rue. 34, ante* appellem *A. Kl.* || 23 recentior enim **GH** : recentior* **P** : recentior est enim **V** : recentior hunc **M** : recentior autem *A. Kl.*[1] *369* | memoria fili (-ii **P**[2]) est **PH** : est mem. filii **G** : est enim mem. filii **V** : mem. filii **M** | rebus meis **H** || 24 cotidie (-tidie *in ras.* **P**) **PH** : cottidie **V** : quotiens **GM** || 25 fas esse] posse *Ka. 405* | duo **PV** : duos **GHM** || 26 sunt] duo sunt **H** || 27 populos **P**

ces esse edictis atque imperio vetarent, quibus inspectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur, qui denique ambustas fortunarum mearum
114 reliquias suas domos comportari iuberent. venio nunc ad patrem. tu, Q. Catule, M. Fulvi domum, cum is fratris tui socer fuisset, monumentum tuarum manubiarum esse voluisti, ut eius qui perniciosa rei publicae consilia cepisset omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. hoc si quis tibi aedificanti illam porticum diceret, fore tempus cum is tribunus plebis, qui auctoritatem senatus, iudicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentum consulibus non modo inspectantibus verum adiuvantibus disturbaret, everteret idque cum eius civis qui rem publicam ex senatus auctoritate consul defendisset domo coniun-
44 geret, nonne responderes id nisi eversa civitate accidere non posse?

115 At videte hominis intolerabilem audaciam cum proiecta quadam et effrenata cupiditate. monumentum iste umquam aut religionem ullam excogitavit? habitare laxe et magnifice voluit duasque et magnas et nobiles domos coniungere. eodem puncto temporis quo meus discessus isti causam caedis eripuit, a Q. Seio contendit ut sibi domum venderet. cum ille id negaret, primo se luminibus eius esse obstructurum minabatur. adfirmabat Postumus se vivo illam domum istius numquam futuram. acutus adulescens ex ipsius sermone intellexit quid fieri oporteret; hominem veneno apertissime sustulit. emit domum licitatoribus defatigatis prope dimidio carius quam aestimabatur.

116 Quorsum igitur haec oratio pertinet? domus illa mea prope tota vacua est; vix pars aedium mearum decima ad Catuli porticum accessit. causa fuit ambulatio et monumentum et ista Tanagraea oppressa libertate Libertas. in Palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum, cetera eius modi, facile ut omnium domos et laxitate et dignitate superaret. et homo religiosus cum aedis meas idem emeret et venderet, tamen illis

1 spectantibus **H** || 2 diriperetur *del. Mat. 276* | fortu|tunarum **P** || 3 reliquas **P**[1] | suas ς : tuas ω : suas *sed post* domos **M** : ⟨in⟩ suas *Ha.* | comportari iuberent **P** : -are iuberent **GMV** : comportarent **H** || 4 Q. C. M. Q. fulvi *scr.* **G**[1] : Q. catule M. quinti **G**[2] | his **P**[1] || 7 deceret **P**[1] || 8 is **P**[2]**HMV** : his **P**[1]**G** || 9 non modo inspectantibus *bis* **P**[1] || 10 disturbaret **G**[2] : -are ω *Naeg.* | everteret ς : -ere ω : evertere ⟨audere⟩t *Naeg.* | civis qui **PHV** : quisque **G** : qui **M** || 12 accedere **P**[1] || 13 at *ex* ad **P**[2] || 14 monimentum **PG** | umquam **PHG**[2]**V** : nunquam **M** : quam **G**[1] || 15 cogitavit *Lb.* || 17 caedis *om.* **GM** | a q. seio ς *cf. § 129 p. 81, 21* : adque seio **P**[1] : ad q̄. ueseium **P**[2] : atque ueseium **G** : utque ueseium **H** : atque severe **M** : atque **V** || 18 primo **PHV** : -um **GM** | obstructurum **HM** : obstrictum **PGV** || 19 futurum **H** || 20 qui **P**[1] || 21 licitatoribus *Pantagathus* : litigatoribus **PGH** : litigationibus **M** : ligatoribus **V** || 22 demedio **P**[1]**V** | aestimabatur *Gar.* : (a)estimabat ω : existimabat **M** || 23 quor**sum **P** | pertinet *bis* **P**[1] | mea illa **H** || 24 pars aedium] praesidium **P** || 25 tanagreà ω : *deest* **V** || 26 prospectum **H**[1] || 27 tricentum **P**[2] : recentum **M** | peristylum **PG** : -ilum **H** : -ilium **M** : -ulum **V** || 28 eimodi **GV** | et[1] *om.* **GM** || 29 ⟨in⟩ illis *Bai.; cf. § 24 p. 44, 13; har. resp. 11 p. 95, 4*

tantis tenebris non est ausus suum nomen emptioni illi adscribere. posuit
Scatonem illum, hominem sua virtute egentem, ut is qui in Marsis, ubi
natus est, tectum cui imbris vitandi causa succederet iam nullum habe-
ret, aedis in Palatio nobilissimas emisse se diceret. inferiorem aedium
partem adsignavit non suae genti Fonteiae, sed Clodiae, quam reliquit,
quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit nisi aut egestate
aut scelere perditus. hanc vos, pontifices, tantam, ⟨tam⟩ variam, tam
novam in omni genere voluntatem, impudentiam, audaciam, cupiditatem
comprobabitis?

'Pontifex' inquit 'adfuit.' non te pudet, cum apud pontifices res agatur, 45 117
pontificem dicere et non collegium pontificum adfuisse, praesertim cum
tribunus plebis vel denuntiare potueris vel etiam cogere? esto, collegium
non adhibuisti; quid? de collegio quis tandem adfuit? opus erat enim
auctoritate, quae est in his omnibus, sed tamen auget et aetas et honos
dignitatem; opus erat etiam scientia, quam si omnes consecuti sunt,
tamen certe peritiores vetustas facit. quis ergo adfuit? 'frater' inquit 118
'uxoris meae.' si auctoritatem quaerimus, etsi id est aetatis ut nondum
consecutus sit, tamen quanta est in adulescente auctoritas, ea propter
tantam coniunctionem adfinitatis minor est putanda. sin autem scientia
est quaesita, quis erat minus peritus quam is qui paucis illis diebus in
collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti,
cum se fratrem uxoris tuae fratri tuo germano antelatum videbat. etsi in
eo providisti ne frater te accusare posset. hanc tu igitur dedicationem
appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum
pontificem, non denique adulescentem quemquam ⟨alium⟩, cum haberes
in collegio familiarissimos, adhibere potuisti? adfuit is, si modo adfuit,
quem tu impulisti, soror rogavit, mater coegit. videte igitur, pontifices, 119
quid statuatis in mea causa de omnium fortunis, verbone pontificis pu-

2 egentem **P^2H** : megentem **P^1GV** : negentem **M** | his **P^1** || 3 cui (quoi) *Usterius* : qui **PMV** : quod **GH** : quo *Lb.* | iam *om.* **H** || 4 nobilissimis **G^1V** | emisse se **GHVM** : emisisse **P^1** : emisisse se **P^2** || 5 foniti(a)e **GM** | reliquid **P^1** || 6 numerum] merum **P** || 7 tantam ⟨tam⟩ *Ha.* : tantam **P^1** : tam **ω** || 8 gere **P** | voluntatem **ω** : -um *Mdv.^{3} 140, fort. recte* : *del. Ka. 402* || 9 comprobatis** **G** : comprobati sunt **MV** || 10 inquid **P^1** || 11 et **P^2GMV** : te **H** : *om.* **P^1** || 12 poteris **P^1** | est **P^1** || 13.14 opus erat enim auctoritate *Spengel 403* : posuerat (-eras **M**) enim auctoritatem **ω** : opus enim erat auct. *Markland* || 14 auctoritatem in uno **ς** | et aetas et honos **PG** : et honos et (a)etas **HM** : etas et honos **V** || 15 etiam] et **H** | scientia **HG^2M** : -am **PG^1V** || 16 certe **PHV** : arte **G** : *om.* **M** | peritioris **P^1** | inquid **P^1** || 17 nondum ⟨magnam⟩ *Lehmann 566* || 18 quanta ⟨quanta⟩ *Lb.* : quanta⟨cumque⟩ *Markland* | adulescentiae **H** || 19 putanda est **GMV** || 20 his **P^1** || 21 qui *ex* quo **P^2** | erit **P^1** || 22 videbit **H** : videbatur **M** || 23 posset **H** : possit **ω** || 25 adulescentem] adulta aetate *Sh. B. 266* | alium *hic add. Mue.*: scientem *Lb.* : nisi *ante* adulescentem *Wui.* ; non *Mdv.^{3} 141* ; alium praeter illum *Mo.* : adulescente ⟨illo scientiore⟩m *coni. Lehmann 566* || 26 is **P^2HMV** : is** **G** : *om.* **P^1** || 28 verbone] ergo ne **H** | pontificis *edd.* : -es **ω** | putetis **PGV** : putatis **H** : *om.* **M**

tetis, si is postem tenuerit et aliquid dixerit, domum unius cuiusque consecrari posse, an istae dedicationes et templorum et delubrorum religiones ad honorem deorum immortalium sine ulla civium calamitate a maioribus nostris constitutae sint. est inventus tribunus plebis qui consu-
46 laribus copiis instructus omni impetu furoris in eum civem inruerit quem
120 perculsum ipsa res publica suis manibus extolleret. quid? si qui similis istius — neque enim iam deerunt qui imitari velint — aliquem mei dissimilem, cui res publica non tantum debeat, per vim adflixerit, domum eius per pontificem dedicaverit, id vos ista auctoritate constituetis ratum esse oportere? dicitis: 'quem reperiet pontificem?' quid? et ⟨pontifex et⟩ tribunus plebis idem esse non potest? M. Drusus, ille clarissimus vir, tribunus plebis pontifex fuit. ergo si is Q. Caepionis, inimici sui, postem aedium tenuisset et pauca verba fecisset, aedes Caepionis essent dedica-
121 tae? nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, caerimoniis; non dissimulo me nescire ea quae, etiam si scirem, dissimularem, ne aliis molestus, vobis etiam curiosus viderer; etsi effluunt multa ex vestra disciplina quae etiam ad nostras aures saepe permanant. postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; ibi enim postis est ubi templi aditus et valvae. ambulationis postes nemo umquam tenuit in dedicando; simulacrum autem aut aram si dedicasti, sine religione loco moveri potest. sed iam hoc dicere tibi non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti.

47
122 Quamquam quid ego de dedicatione loquor aut quid de vestro iure et religione contra quam proposueram disputo? ego vero, si omnia sollemnibus verbis, veteribus et proditis institutis acta esse dicerem, tamen me

1 is postem **P**^{2}**H** : his postem **P**^{1} : postem **M** : sponte **GV** || 3 cium **P**^{1} || 5 constructus **GV** || 6 si qui **PGM** : si quis **H** : si **V** || 7 aliquem *ex* quem **P**^{2} | mei [dis]similem [cui . . . 8 debeat] *Ka. 403* || 8 vim **PHG**^{2} : viam **G**^{1}**MV** || 9 dedicarit **H** || 10 dicitis *Ang.* : dicis ω | reperiet *edd.* : reperit **MV** : repperit **P**^{1}**GH** : reppererit **P**^{2} | pontifex et *add. Bai.* || 11 vir *om.* **HM** || 12 is q. **HM** : is q̄ **P**^{2}**G** : hisque **P**^{1} : isque **V** | caepionis **P** : ceptionis **H** : scipionis **GMV** || 13 caepionis **P** : ceptionis **H** : scipionis **GMV** | dedicatae **PHG**^{2} : dicat(a)e **G**^{1}**MV** || 14 ipsis *Ha. ap. Rue. 35* | dicationis **P** || 15 religione *del. Mat. 275* | ⟨et⟩ caerimoniis *Lb.* : ⟨de⟩ c. *Ha.* : *del. Ka. 403* | dissimulo **P**^{2}**H** : dissimulosis **P**^{1} : dissimulo scis (scitis **G**^{2} : scires **M** : sanctis **V**) **GMV** : dissimulo scilicet (?) *A. Kl.* | meme **GM** || 16 scirem* **P** | alis **P**^{1} || 17 etsi *ex* si **P**^{2} | effluant **GM** : affluant **V** || 19 ibi . . . valvae *del. Ka. 403* | ubi **PM** : ibi **GV** : ut **H** | aditus templi **GMV** | et valvae ς : est valv(a)e ω : est [valvae] *Bai.* | ambulationis **HG**^{2} : ambutationis **PG**^{1}**V** : ambo rationis **M** || 20 nemo umquam **PH** : nemo uit quam **G**^{1} : ne movit quam **V** : ne movit quas **G**^{2}**M** | aram **PH** : aurum **MV** : taurum **G** || 21 dicere tibi **P** : diceret. ibi **H** : tibi dicere **GMV** || 22 postem] post **G** || 23 de dedicatione **HM** : ededicatione **P**^{2}**G** : edidicatione **P**^{1}**V** | loquor *Man.* : loquar ω || 24 quam **PH** : quod **M** : *om.* **GV** | disputo *Man.* : disputabo ω || 25 et proditis ς *Naeg.* : et praeditis ω : et priscis ς : et traditis *Mdv. ap. Kays.* : *del. Wui.* | ducerem *Ka. 405; cf. § 92 p. 68, 13*

rei publicae iure defenderem. an cum tu, eius civis discessu cuius unius opera senatus atque omnes boni civitatem esse incolumem totiens iudicassent, oppressam taeterrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus rem publicam teneres, domum eius qui patriam a se servatam perire suo nomine noluisset per pontificem aliquem dedicasses, posset
recreata res publica sustinere? date huic religioni aditum, pontifices; 123
iam nullum fortunis communibus exitum reperietis. an si postem tenuerit pontifex et verba ad religionem deorum immortalium composita ad perniciem civium transtulerit, valebit ⟨in⟩ iniuria nomen sanctissimum religionis; si tribunus plebis verbis non minus priscis et aeque sollemnibus bona cuiuspiam consecrarit, non valebit? atqui C. Atinius patrum memoria bona Q. Metelli, qui eum ex senatu censor eiecerat, avi tui, Q. Metelle, et tui, P. Servili, et proavi tui, P. Scipio, consecravit foculo posito in rostris adhibitoque tibicine. quid tum? num ille furor tribuni plebis ductus ex non nullis perveterum temporum exemplis fraudi Me-
tello fuit, summo illi et clarissimo viro? certe non fuit. vidimus hoc idem 124
Cn. Lentulo censori tribunum plebis facere. num qua igitur is bona Lentuli religione obligavit? sed quid ego ceteros? tu, tu, inquam, capite velato, contione advocata, foculo posito bona tui Gabini, cui regna omnia Syrorum, Arabum Persarumque donaras, consecrasti. quod si tum nihil est actum, quid in meis bonis agi potuit? sin est ratum, cur ille gurges helluatus tecum simul rei publicae sanguine ad caelum tamen exstruit villam in Tusculano visceribus aerari, mihi meas ruinas, quarum ego similem totam urbem esse passus non sum, aspicere non licuit?

48
Omitto Gabinium; quid? exemplo tuo bona tua nonne L. Ninnius, vir 125
omnium fortissimus atque optimus, consecravit? quod si, quia ad te pertinet, ratum esse negas oportere, ea iura constituisti in praeclaro tribunatu tuo quibus in te conversis recusares, alios everteres; sin ista consecratio legitima est, quid est quod profanum in tuis bonis esse possit?

1 defenderem iure **GMV** | tu cum **GM** : tun cum **V** || 4 rei p. **G**^{1}**V** | teneres **P**^{2}**GMV** : tenere **P**^{1}**H** || 5 aliquam **P** | dedicasses **P**^{2}**HG**^{2} : -asset **P**^{1}**G**^{1}**MV** || 6 date **GMV** : de **PH** | huic **P**^{1}**GMV** : hac **P**^{2}**H** | religioni **P**^{2}**GMV** : -e **P**^{1}**H** || 7 reperietis **M** : repp- **G** : reperiretis **PH** : reperires **V** || 9 trastulerit **G** : transtulerint **V** | in ς *ed. V.* | nomen (en *in ras.*) **P** || 10 si* (t *eras.*) **P** | aeque *Bai.*: p(a)ene (poe- **G**) ω : plane *Lb.* || 11 civis cuiuspiam **H**ς || 12 eiecerat ς : reiecerat ω : reicerat **P**^{1} | tui*****|*q* (q *in ras.*) **H** : tuique **V** || 14 num] non **G** || 15 ex *ex* ea **P**^{2} | tempororum **H** || 17 num qua *Bai.* : numquam (nun- **H**) ω : numquae ς | his **P**^{1} || 18 religione **M** : -i **PGV** : -ibus **H**ς | obligavit] vel eligavit **H** || 19 omni **P**^{1} || 20 donaras *edd.* : donas **PGH** : dona **MV** : donaveras *A. Kl., Praef. LVII* | tum **HMV** : tu **PG** || 21 est^1 **HM** : es **PGV** || 22 extruxit **GMV** || 24 esse *om.* **GMV** | summaspicere (p *in ras.*) **P**^{1} || 25 tuo *edd.* : tua **PH** : *om.* **GMV** | bona tua **PH** : tua bona **GMV** | L. Ninnius *Gar.; cf. sen. 3 p. 4, 6* : l. nunnius ω : lutius **M** || 26 ad *om.* **P**^{1} || 27 ea **G**^{2} : ei **PHMV** : i **G**^{1} : *del. Bai.* || 27.28 tribunatuo **P** || 28 everteres sin **H** *Bai.* : evertere sin **G**^{2} : everteres in **P** : revertere sin **G**^{1}**MV** | consecratio **GHV** : -tione **P** : recusatio **M**

an consecratio nullum habet ⟨ius⟩, dedicatio est religiosa? quid ergo illa tua tum obtestatio tibicinis, quid foculus, quid preces, quid prisca ⟨verba⟩ voluerunt? ementiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad hominum ⟨metum⟩ timoremque voluisti? nam si est illud ratum — mitto Gabinium — tua domus certe et quicquid habes aliud Cereri est consecratum; sin ille ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnis pollueris
126 aut ementiundo aut stuprando? 'iam fateor' inquit 'me in Gabinio nefarium fuisse.' quippe vides poenam illam a te in alium institutam in te ipsum esse conversam. sed, homo omnium scelerum flagitiorumque documentum, quod in Gabinio fateris, cuius impudicitiam pueritiae, libidines adulescentiae, dedecus et egestatem reliquae vitae, latrocinium consulatus vidimus, cui ne ista quidem ipsa calamitas iniuria potuit accidere, id in me infirmas et gravius esse dicis quod uno adulescente quam quod contione tota teste fecisti?

49
127 'Dedicatio magnam' inquit 'habet religionem.' nonne vobis Numa Pompilius videtur loqui? discite orationem, pontifices, et vos, flamines; etiam tu, rex, disce a gentili tuo, quamquam ille gentem istam reliquit, sed tamen disce ab homine religionibus dedito ius totum omnium religionum. quid? in dedicatione nonne et quis dedicet et quid ⟨et⟩ quo modo quaeritur? an tu haec ita confundis et perturbas ut, quicumque velit, quod velit, quo modo velit, possit dedicare? quis eras tu qui dedicabas? quo iure, qua lege, quo exemplo, qua potestate? ubi te isti rei populus Romanus praefecerat? video enim esse legem veterem tribuniciam quae vetet iniussu plebis aedis, terram, aram consecrari. neque tum hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, sensit neque suspicatus est fore periculum ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium consecrarentur. neque enim id fieri fas erat, neque quisquam fecerat, neque

1 ius ς | ergo] ego **P** || 2 verba *hic add. Or.*, *ante* prisca *Ha.* || 3 valuerunt ς | nomine *Mo.* || 4 metum *add. Ha.* : religionem (?) *A. Kl.* | timoremque **P**^{1} : timorem qui **P**^{2}**GMV** : timorem quid **H** : timorem *Man.* || 5 cereī **H** || 6 religionis **G**^{1}**V** || 7 ementiendo **HM** | au **G** | inquid **P** | in gabinio me **H** || 10 impudicitiam ς : inpudiciti(a)e (*vel* im-) ω | libidinis **GMV** || 12 calamitas iniuria **H**ς : calamitas iuria **P**^{1} : calamitas in iniuria **M** : calamitatis iniuria **P**^{2}**GV** || 14 teste fecisti **P**^{2} : este fecisti **P**^{1} : est effecisti **G**^{1}**V** : effecisti **HG**^{2}**M** || 15 magnam inquit (-d **P**) **PH** : inquit magnam **GMV** || 16 ponpilius **PH** || 17 tu rex *ex* turpex **P**^{2} | gentili tuo ς : gentiliatu **P**^{1} : gentili at tu **P**^{2}**H** : gentili actu **V** : gentiliūtu **G** : gentili ambitu **M** | reliquid **P**^{1} || 18 ius totum **PGM** : iusto tum **H** : iustorum **V** | religionum perito **H** || 19 dedicationem **GMV** | et^{1} *om.* **GMV** | dedicet *Bai.* : dicit id **V** : dicit ω | quid **H**ς : qui ω | et^{3} **H**ς : *om.* ω || 21 possit **P**^{2}**GMV** : posset **P**^{1}**H** || 23 praefecerat **PH** : -erant **M** : -erunt **GV** || 24 quae vetet iniussu **PH** : quē te* (t *eras.*) iniussu **G** : que tetinius iussu **M** : quem tetinius **V** | consecrari *Bai.* : -are ω || 25 ille *om.* **H** | q. **GH** : q̄ **P**^{2} : quae **P**^{1} : -que **MV**

erat causa cur prohibendo non tam deterrere videretur quam admonere.
sed quia consecrabantur aedes, non privatorum domicilia, sed quae sa- 128
crae nominantur, consecrabantur agri, non ita ut nostra praedia, si qui
vellet, sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret, statueban-
tur arae quae religionem adferrent ipsi [si] loco ⟨quo⟩ essent consecratae,
haec nisi plebes iussisset fieri vetuit. quae si tu interpretaris de nostris
aedibus atque agris scripta esse, non repugno; sed quaero quae lex lata
sit ut tu aedis meas consecrares, ubi tibi haec potestas data sit, quo iure
feceris. neque ego nunc de religione sed de bonis omnium nostrum, nec
de pontificio sed de iure publico disputo. lex Papiria vetat aedis iniussu 50
plebis consecrari. sit sane hoc de nostris aedibus ac non de publicis tem-
plis: unum ostende verbum consecrationis in ipsa tua lege, si illa lex est
ac non vox sceleris et crudelitatis tuae. quod si tibi tum in illo rei publicae 129
naufragio omnia in mentem venire potuissent aut si tuus scriptor in illo
incendio civitatis non syngraphas cum Byzantiis exsulibus et cum legatis
Brogitari faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita sed portenta con-
scriberet, esses omnia si minus re, at verbis legitimis consecutus. sed
uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, foedera feriebantur provin-
ciarum, regum appellationes venales erant, servorum omnium vicatim
celebrabatur tota urbe discriptio, inimici in gratiam reconciliabantur, im-
peria scribebantur nova iuventuti, Q. Seio venenum misero parabatur, de
Cn. Pompeio, propugnatore et custode imperi, interficiendo consilia
inibantur, senatus ne quid esset, ut lugerent semper boni, ut capta res
publica consulum proditione vi tribunicia teneretur. haec cum tot tan-
taque agerentur, non mirum est, praesertim in furore animi et caecitate,
multa illum et te fefellisse.

At videte quanta sit vis huius Papiriae legis in re tali, non qualem tu 130
adfers, sceleris plenam et furoris. Q. Marcius censor signum Concordiae

1 (non . . . admonere) *cf. coll. Avellana* (*CSEL 35*), *ep. 100, 20* quando, sicut ille ait, non tam deterrere quam admonere animos haec ludibria videantur.

1 deterrere **PH** : terrere **GV** : *deest* **M** | videretur *edd.* : videatur ω : *deest* **M** || 2 privatorum **H** : -arum **PGV** : *deest* **M** : privata *Mo.* || 5 ipsi loco ⟨quo⟩ *Ha. ap. Rue. 35* : ipsi si loco ω : ipsi ei loco ⟨quo⟩ *Mdv.*^{1} *36* : ipsi loco si *R. Kl.* : ipsae si loco *Naeg.* || 6 plebs **H** | iussissent **GM** | quae] quam *Ha.* | tui **P**^{1} || 7 scriptam **P** *Ha.* || 10 de^{1} *om.* **H** | iniussu **PMV** : in iniussu **GH** || 11 sana **G**^{1} || 15 cum^{1}] et cum **H** | Byzantiis *edd.* : bi- **HG**^{2} : byzantis (bi- **G**^{1}) **PG**^{1} : byrantis (bi- **V**) **MV** || 16 Brogitari *Ha.; cf. har. resp. 28 p. 102, 21; Sest. 56* : rogitaris **P**^{1} : rogitatis **P**^{2}**GMV** : rogatis **H** || 17 rē **G** || 19 servorum *Ang.* : sermones ω : sermone **G**^{2} || 20 discriptio *Buecheler* : de- ω | nimici **P**^{1} | imperi **P**^{1} || 21 scribebantur *Lb.* : adscribebantur **P**^{2} : assc- **G**^{1}**V** : asc- **HG**^{2}**M** : adscriberentur **P**^{1} | iuventuti *edd.* : -e ω : uventute **V** | q. seio **P** : q. seyo **H**^{2} : seyo **H**^{1} : quem se o **G** : que se o **M** : quem sed **V** || 23 boni semper **H** || 24 vi] ut **P** | tante **G**^{1} || 27 at *ex* ad **P**^{2} || 28 plenam **PHG**^{2} : penam **G**^{1}**MV** | q. **PH** : q̄ue **G** : qu(a)e **MV** | marcius **P**^{2}**V** : margius **P**^{1} : martius **GHM**

fecerat idque in publico conlocarat. hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium vestrum consuluit num quid esse causae
51 videretur quin id signum curiamque Concordiae dedicaret. quaeso, pontifices, et hominem cum homine et tempus cum tempore et rem cum re comparate. ille erat summa modestia et gravitate censor, hic tribunus plebis scelere et audacia singulari. tempus illud erat tranquillum et in libertate populi et gubernatione positum senatus, tuum porro tempus li-
131 bertate populi Romani oppressa, senatus auctoritate deleta. res illa plena iustitiae, sapientiae, dignitatis; censor enim, penes quem maiores nostri, id quod tu sustulisti, iudicium senatoriae dignitatis esse voluerunt, Concordiae signum volebat in curia curiamque ei deae dedicare; praeclara voluntas atque omni laude ⟨digna⟩; praescribere enim se arbitrabatur ut sine studiis dissensionis sententiae dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consili religione Concordiae devinxisset. tu cum ferro, cum metu, cum edictis, cum privilegiis, cum praesentibus copiis perditorum, absentis exercitus terrore et minis, consulum societate et nefario foedere servitute oppressam civitatem teneres, Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiae quam ad simulationem religionis. ille in curia ⟨Concordiam⟩, quae poterat sine cuiusquam incommodo dedicari, tu in civis optime de re publica meriti cruore ac paene ossibus simulacrum
132 non libertatis publicae, sed licentiae conlocasti. atque ille tamen ad collegium rettulit, tu ad quem rettulisti? si quid deliberares, si quid tibi aut piandum aut instituendum fuisset religione domestica, tamen instituto ceterorum vetere rem ad pontificem detulisses; novum delubrum cum in urbis clarissimo loco nefando quodam atque inaudito instituto inchoares, referendum ad sacerdotes publicos non putasti? ac si collegium pontificum adhibendum non videbatur, nemone horum tibi idoneus visus est,

1 idqui P^1 || 2 transtulissed P^1 || 3 curiamque concordiae **P** : curiamque concordiam **H** : in curiam concordi(a)e **GM** : concordie in curiam **V** || 7 et *om.* P^1 || 8 illa res **GMV** || 9 maiores *ex* mores G^2 || 10 senatoriae dignitatis *Lahmeyer*[2] *71* : senator de dignitate his P^1 : senatus de dignitate P^2**GHM** : senatorium de dignitate **V** : senatorum de dignitate *Bai.* | concondiae G^1 || 11 volebat in curia curiamque P^2**H** : volebat in curiamque P^1 : in curia volebat curiamque **GMV** || 12 digna **M** : *om.* *ω* : decoranda *A. Kl.* | arbitrabatur **V** : -abantur *ω* || 13 sine studio ac dissensione *Ka. 406; cf. Sull. 60; Flacc. 26* | discessionis G^1**V** || 14 devinxisset P^2**GH** : -issed P^1 : -issent **V** : disiunxisset **M** || 15 edictis *edd.* : adictis P^1**H** : addictis P^2G^2**V** : additis G^1**M** | privilegis P^1 || 16 consulum] cū **G** | societatem **H** || 18 impudentiae **H**G^2 : in- **P** : impudiciti(a)e G^1**MV** || 19 Concordiam *add. A. Kl.*[1] *388* : signum Concordiae *post* dedicari *add. Naeg.* | dedicari* **G** : dedicarit **MV** || 21 licentiae ⟨tuae⟩ *Mat. 278* || 22 retulit *ω* | tua P^1 | retulisti *ω* | delibrares **P** : liberares **V** || 23 fuissed P^1 | domestica****** **P** || 23.24 tamen instituto ceterorum P^2**GHV** : tamen instituit ceterorum **M** : *om.* P^1 : tamen instituto maiorum *A. Kl.*[1] *388* : more *Ha. Rh. M. 9, 1854, 347* || 24 vetere rem *A. Kl. ib.* : uterere (ute- *in ras.* **P**) *ω* : vetere *Ha. ib.* | ditulisses P^1 | novum **GMV** : ***novum (nov *in ras.*) **P** : non novum **H** : nunc novum *Ha. ib.* || 25 nefando** (o *in ras.*) **P** | quodam atque inaudito *om.* P^1 || 26 ac *Mue.* : at *ω* || 27 nemone *ex* nemo P^2

qui aetate, honore, auctoritate antecellunt, cum quo dedicationem com-
municares? quorum quidem tu non contempsisti sed pertimuisti digni-
tatem. an tu auderes quaerere ex P. Servilio aut ex M. Lucullo, quorum 52
ego consilio atque auctoritate rem publicam consul ex vestris manibus ac
facibus eripui, quibusnam verbis aut quo ritu — primum hoc dico — civis
domum consecrares, deinde civis eius cui princeps senatus, tum autem or-
dines omnes, deinde Italia tota, post cunctae gentes testimonium huius
urbis atque imperi conservati dedissent? quid diceres, o nefanda et perni- 133
ciosa labes civitatis? 'ades, Luculle, ades, Servili, dum dedico domum Ci-
ceronis, ut mihi praeeatis postemque teneatis!' es tu quidem cum
audacia tum impudentia singulari, sed tibi tamen oculi, voltus, verba
cecidissent, cum te viri, qui sua dignitate personam populi ⟨Romani⟩ at-
que auctoritatem imperi sustinerent, verbis gravissimis proterruissent
neque sibi fas esse dixissent furori interesse tuo atque in patriae parri-
cidio exsultare. quae cum videres, tum te ad tuum adfinem non delec- 134
tum a te, sed relictum a ceteris contulisti. quem ego tamen credo, si est
ortus ab illis quos memoriae proditum est ab ipso Hercule perfuncto iam
laboribus sacra didicisse, in viri fortis aerumnis non ita crudelem fuisse
ut in vivi etiam et spirantis capite bustum suis manibus imponeret. qui
aut nihil dixit nec fecit omnino poenamque hanc maternae temeritatis
tulit, ut mutam in delicto personam nomenque praeberet, aut, si dixit
aliquid verbis haesitantibus postemque tremebunda manu tetigit, certe
nihil rite, nihil caste, nihil more institutoque perfecit. viderat ille Mure-

10 aut mihi praeeatis postem teneatis *Arusianus, GL VII 504, 5* || **16** quem ... **18** didicisse *Servius, Aen. 8, 270* || **18** non ... **19** ut viventis etiam et spirantis capitibus cum suis manibus (*var.* eum suis navibus) imponeret *Arusianus, GL VII 483, 30*

1 qui aetate *ex* quaetante **P**[2] | cum quo *Mue.* : cum eo **PG** : cum eos **M** : cum in eo **V** : ut cum eo **H** | ⟨de⟩ dedicatione *Ha.* | communicare **G**[2] || **2** set (s *in ras.*) **P** || **4** rem *om.* **G**[1] || **5** facibus *ω* : faucibus **M** *ed. R.*, *sed cf. Mdv.*[3] *141, adn.* | aut *ex* at **G**[2] || **6** consecrare∗s (-s *in ras.*) **P** | deinde **PH** : dein **G**[2] : de **G**[1]**M** : ac de **V** | tum autem **PM** : tu autem **GV** : tui etiam **H** || **6.7** ordines omnes **P** : ordinis omnis **H** : *om.* **GMV** || **8** qui **P** || **9** ades luculle ades servili ς : ades luculle servili **P**[1]**GMV** : ades ades luculle servili **P**[2]**H** || **10** ut] aut *Arus.* | praeeatis *Arus.* : pareatis *ω* | postemque *ω* : ostemque **P**[1] : postem *Arus.* || **11** audicia **G**[1] || **12** Romani *add. ed. R* || **13** perterruissent **MV** || **14** interesse∗ **P** | suo **H**[1] || **15** exsultare *Koch 13; cf. Balb. 59; Sest. 88* : et scelere *ω* : excellere *Bai.* : et scelere ⟨personam nomenque praebere⟩ *A. Kl., Praef. LX* | delectum *edd.* : deiectum *ω* || **16** quem *ex* quae **P**[2] || **18** didicisse *Serv.* ς : dedisse *ω* || **19** in vivi] viventis (imposuit in illa re *in lemmate*) *Arus.* | etiam et spirantis *Arus.* : etiam spirantis (-m *et* sp- *in ras.* **P**) **PHM** : etiam si irantis **G** : etiam surantis **V** | capite bustum *Gar.* : capitibus tum **PGH** : capitibus cum **V** *Arus. codd.* (*var.* eum) : caput bustum **M** | qui *ex* quia **P**[2] || **20** nec **PGM** : aut **HV** || **21** mutam *Naug.* : mutuam *ω* | in ⟨alieno⟩ delicto *Koch 14; cf. sen. 3 p. 4, 10* sub alieno scelere delituit || **22** tremebunda (tremi- **P**) manu tet. **PH** : manu tet. tremebunda **GMV** || **23** instituque **G**[1] | perficit **P**[1]

nam, vitricum suum, consulem designatum, ad me consulem cum Allobrogibus communis exiti indicia adferre, audierat ex illo se a me bis salu-
135 tem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. qua re quis est qui existimare possit huic novo pontifici primam hanc post sacerdotium initum religionem instituenti vocemque mittenti non et linguam obmutuisse et manum obtorpuisse et mentem debilitatam metu concidisse, praesertim cum ex collegio tanto non regem, non flaminem, non pontificem videret fierique particeps invitus alieni sceleris cogeretur et gravissimas poenas adfinitatis impurissimae sustineret?

58 136 Sed ut revertar ad ius publicum dedicandi, quod ipsi pontifices semper non solum ad suas caerimonias sed etiam ad populi iussa accommodaverunt, habetis in commentariis vestris C. Cassium censorem de signo Concordiae dedicando ad pontificum collegium rettulisse eique M. Aemilium pontificem maximum pro collegio respondisse, nisi eum populus Romanus nominatim praefecisset atque eius iussu faceret, non videri eam posse recte dedicari. quid? cum Licinia, virgo Vestalis summo loco nata, sanctissimo sacerdotio praedita, T. Flaminino Q. Metello consulibus aram et aediculam et pulvinar sub Saxo dedicasset, nonne eam rem ex auctoritate senatus ad hoc collegium Sex. Iulius praetor rettulit? cum P. Scaevola pontifex maximus pro collegio respondit, QVOD IN LOCO PVBLICO LICINIA GAI FILIA INIVSSV POPVLI DEDICASSET, SACRVM NON VIDERIER. quam quidem rem quanta severitate quantaque diligentia senatus ⟨egerit⟩, ex ipso senatus consulto facile cognoscetis. ⟨SENATVS CONSVLTVM⟩.

137 Videtisne praetori urbano negotium datum ut curaret ne id sacrum esset et ut, si quae essent incisae aut inscriptae litterae, tollerentur? o tem-

1 me *om.* **G** || 2 communibus **G**^{1} || 3 accepisse (p *in ras.*) **P** | paratim **P**^{1} | i·terum **P** || 5 voceque **H** | non et **P**^{2}**H** : nonne et **P**^{1}**GM** : nonne ex **V** | ommutuisse **P** : obm- *ω* || 8 fieriquae **P**^{1} | alieni sceleris invitus **H** || 10 dedicandi **M** *cf. § 138 p. 85, 18* quae sunt adhuc a me de iure dedicandi disputata : iudicandi *ω* || 11 ad^2 *ex* a **P**^{2} | iussa *om.* **GMV** || 12 C. *om.* **G** || 13 pontificium **P**^{1}**M** | retulisse *ω* | eique **P**^{2}**GH** : que **P**^{1} : ei q. **MV** : atque *Bai.* || 14 pontific·um (i *eras.*) **P** | eum *om.* **GMV** || 15 iussa **MV** || 16 eam *Bai.* : ea *ω* : *om.* **M** | recte posse ded. **H** : posse ded. recte **M** | licinia **PG**^{2} : lucinia **G**^{1}**HMV** || 17 nata *om.* **H** | praedita t. (-ta *ex* -ca *et* T *in ras.* **G**^{2}) **GH** : praeditatio (tio *in ras.* **P**) **PM** : praedicatio **V** | Flaminino *edd.* : flaminio **P**^{2}**GHM** : flamminio **V** : flamini **P**^{1} | metello **HG**^{2}**M** : metallo **G**^{1}**V** : metellos **P**^{1} : metellus **P**^{2} || 18 dedicasset (t *in ras.* **P**) **PHG**^{2} : -assent **G**^{1}**MV** || 19 rettulit **P** : retu- *ω* || 20 cum] tum **G** | quod *ω* : quid **P** : ⟨si⟩ quid *Mo.* || 21 ·c·f· *ω* : C. c. **V** || 22 viderier (rier *in ras.*) **P** : viderier (-eretur **V**) esse **GMV** *fort. recte* : videri esse **H** | quam **PH** : qua **GM** *Mue.* : quia **V** | rem **P**^{2}**H** : re **P**^{1}**GMV** : ⟨in⟩ re *Mue.* || 23 egerit *add. Ha.* : tractaverit *A. Kl.* (*post* 22 quanta *Drechsler 299*) : sustulerit *Naug.* : persecutus sit *Lb.* : fuerit *Mue.* | consulto sustulerit **H** || 23.24 SENATVS CONSVLTVM *add. Bai.* : recita senatus consultum. SENATVS CONSVLTVM *add. Lb.* || 26 ut si quae **P**^{2}**H** : usiquae **P**^{1} : utique **G**^{1}**V** : uti quae **G**^{2} : ut que **M**

pora, o mores! tum censorem, hominem sanctissimum, simulacrum Concordiae dedicare pontifices in templo inaugurato prohibuerunt, post autem senatus in loco augusto consecratam iam aram tollendam ex auctoritate pontificum censuit neque ullum est passus ex ea dedicatione litterarum exstare monumentum; tu, procella patriae, turbo ac tempestas pacis atque oti, quod in naufragio rei publicae tenebris offusis, demerso populo Romano, everso atque eiecto senatu dirueris, aedificaris religione omni violata, religionis tamen nomine contaminaris, in visceribus ⟨eius⟩ qui urbem suis laboribus ac periculis conservasset monumentum deletae rei publicae conlocaris, †ab aequitum nota doloris† bonorum omnium sublato Q. Catuli nomine incideris, id sperasti rem publicam diutius quam quoad mecum simul expulsa careret his moenibus esse laturam?

54 138 Ac si, pontifices, neque is cui licuit, neque id quod fas fuit dedicavit, quid me attinet iam illud tertium quod proposueram docere, non iis institutis ac verbis quibus caerimoniae postulant dedicasse? dixi a principio nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito pontificum iure dicturum. quae sunt adhuc a me de iure dedicandi disputata non sunt quaesita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumpta de medio, ex rebus palam per magistratus actis ad collegiumque delatis [ex senatus consulto, ex lege]. illa interiora iam vestra sunt, quid dici, quid praeiri, quid tangi, quid teneri ius fuerit. 139 quae si omnia e Ti. Coruncani scientia, qui peritissimus pontifex fuisse dicitur, acta esse constarent, aut

3 iam *Bai.* : eam *ω* || 5 turbo **P^{2}GMV** : turba **P^{1}H** || 6 paci **P** | oti **P** : -ii **H** : odii **GMV** || 7 demerso **P^{2}H** : di- **GMV** : demersos **P^1** || 8 religione **PHV** : -i **G** : -em **M** | religionis *Markland* : rei (i *in ras.* **P**) **P^{1}H** : rei p. **P^3** : res **GMV** || 8.9 visceribus ⟨eius⟩ qui *Jeep^3 4* : hisce (hy- **V**) rebus ut in *ω* : eius civis aedibus qui *Mdv.^{2} 224* || 9 urbem **P^1** : urbe quam *ω* | conservasset *edd.* : consecrasset *ω* || 10 delatae **P^{1}M** | collocares **G^2** | ab aequitum nota doloris **P^1** : ab (ob **M**) equitum notam (*in ras.* **H**) doloris *ω* : ac nequitiae nota, dolore *Jeep^3 5; cf. Verr. 2, 115* : ac nequitiae ⟨tuae⟩ notam, doloris . . . omnium ⟨indicium⟩ *Simon 72* : aeternam (*vel* perpetuam) notam doloris *A. Kl.* : ad aetatum omnium dolorem *Nis. 186; cf. Atzert 451* : adaequatum ⟨nomen tuum cum⟩ nota doloris *Syd.^{2} 170* : ad perpetuam notam doloris *Koch 14* : ⟨in t⟩ab⟨ula n⟩equitiam ⟨tuam cum⟩ nota doloris *Schoe. 442* : ad equitum notam ad dolorem *edd. vett.* || 11 q. **PG^2** : -que *ω* | incideres **G^2** || 12 his **HM** : hic **PGV** || 14 neque is . . . 16 verbis *om.* **V** | neque is **M** : nequis **PGH** | neque id **GM** : nequid **PH** || 15 me **PH** : ad me **GM** | iis *ς* : his *ω* || 16 postulant dedicasse **P^{2}GMV** : postulande dicasse **P^{1}H** | dixi **PH** : sed dixi **GMV** || 17.18 pontificum iure **PH^1** : iure pontificum **GMV** : pontificii iure **H^2** || 18 a me (*in ras.* **P**) **PHM** : ad me **G** : *om.* **V** || 20–21 ex senatus . . . lege *del. Serruys 151* || 21 nostra **H** || 22 praeiri *Ha.; cf. § 133 p. 83, 10* : praere **P^1** : praecipere **P^{2}GHV** : percipere **M** | quid tangi *om.* **H** | e Ti. Coruncani *Bai.* : et coruncanis **P** : et quorum canii **G^2** : et quorum canis (caius **M**) **G^{1}HMV** || 23 constarent *ω cf. Rosc. Am. 118; Clu. 104* : constaret *Lb., fort. recte*

si M. Horatius ille Pulvillus, qui, cum eum multi propter invidiam fictis religionibus impedirent, restitit et constantissima mente Capitolium dedicavit, huius modi alicui dedicationi praefuisset, tamen in scelere religio non valeret, ne valeat id quod imperitus adulescens, novus sacerdos sororis precibus, matris minis adductus, ignarus, invitus, sine collegis, sine libris, sine auctore, sine fictore furtim mente ac lingua titubante fecisse dicatur; praesertim cum iste impurus atque impius hostis omnium religionum, qui contra fas et inter viros saepe mulier et inter mulieres vir fuisset, ageret illam rem ita raptim et turbulente uti neque mens neque
55 140 vox neque lingua consisteret. delatum est ad vos, pontifices, et post omnium sermone celebratum quem ad modum iste praeposteris verbis, ominibus obscenis, identidem se ipse revocando, dubitans, timens, haesitans omnia aliter ac vos in monumentis habetis et pronuntiarit et fecerit. quod quidem minime mirum est, in tanto scelere tantaque dementia ne audaciae quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. etenim si nemo umquam praedo tam barbarus atque immanis fuit, qui cum fana spoliasset, deinde aram aliquam in litore deserto somniis stimulatus aut religione aliqua consecraret, non horreret animo cum divinum numen scelere violatum placare precibus cogeretur, qua tandem istum perturbatione mentis omnium templorum atque tectorum totiusque urbis praedonem fuisse censetis, cum pro detestatione tot scelerum unam aram nefa-
141 rie consecraret? non potuit ullo modo — quamquam et insolentia dominatus extulerat animos et erat incredibili armatus audacia — non in agendo ruere ac saepe peccare, praesertim illo pontifice et magistro qui cogeretur docere ante quam ipse didicisset. magna vis est cum ⟨in⟩ deorum immortalium numine, tum vero in ipsa re publica. di immortales suorum templorum custodem ac praesidem sceleratissime pulsum cum viderent, ex suis templis in eius aedes immigrare nolebant, itaque istius vaecordissimi mentem cura metuque terrebant. res vero publica quamquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur ante oculos exstinctoris

1 horatius **P**^{2} : oratius **H** : hortatus **P**^{1} : ortatus **GMV** | eum ς : eus (u *in ras.*) **P**^{1} : eius **P**^{2}**H** : mens **GMV** : eius dedicationem ς : eu⟨m dedicantem templum Iovi⟩s *A. Kl.* || 3 praefuisset **P**^{2}**H** : -isse **P**^{1} : profuisset **GMV** || 3.4 religio non **PH** : religionis **GMV** || 4 ne ω : nedum *Naug., sed cf. Sall., Cat. 11, 7; Cic. ad Fam. 9, 26; Liv. 3, 52, 9; Nis. 187* : nunc *Mue.* | nous **P**^{1} || 8 viros *ex* viro **P**^{2} || 10 delatum est **GMV** : delata tum sunt **PH** : *de origine erroris cf. A. Kl.*^{1} *372* || 11 celebratum **GMV** : celebrata **PH** || 12 ominibus *edd.* : omnibus ω | identidem **P**^{1} : idem idem **M** | revocans *Mdv. Kl. Schr., 1875, 373; fort. recte; cf. Nis. 187* || 15 auditi(a)e **G**^{1}**V** | etnim **P**^{1} || 16 fana] funus **H** || 17 spoliassed **P**^{1} | litore **PG**^{2}**M** : littore **G**^{1}**H** : lictore **V** | desertos omnis **P**^{1} || 18 horret **P**^{1}**V** || 20 totiusque **PH** : potiusque **G** : potius quam **M** : potius atque **V** || 23 agendo* **P** || 24 et *del. Bai.* || 25 in ς || 28 (a)edes **G**^{2}**M** : sedes **PG**^{1}**HV** | quaecordissimi **P** : *om.* **V** || 29 cura metuque *edd.* : cura metusque **M** : cura meque **P** : curam eque **V** : curamque **GH** || 30 observabatur **GV**

sui et ab istius inflammato atque indomito furore iam tum se meque repetebat. qua re quid est mirum si iste [metus] furore instinctus, scelere praeceps neque institutas caerimonias persequi neque verbum ullum sollemne potuit effari?

56 142 Quae cum ita sint, pontifices, revocate iam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad universam rem publicam, quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa soli vestris cervicibus sustinetis. vobis universi senatus perpetua auctoritas, cui vosmet ipsi praestantissime semper in mea causa praefuistis, vobis Italiae magnificentissimus ille motus municipiorumque concursus, vobis campus centuriarumque una vox omnium, quarum vos principes atque auctores fuistis, vobis omnes societates, omnes ordines, omnes qui aut re aut spe denique sunt bona, omne suum erga meam dignitatem studium et iudicium non modo commissum verum etiam commendatum esse arbitrabuntur. denique ipsi di 143 immortales, qui hanc urbem atque hoc imperium tuentur, ut esset omnibus gentibus posteritatique perspicuum divino me numine esse rei publicae redditum, idcirco mihi videntur fructum ipsum reditus et gratulationis meae ad suorum sacerdotum potestatem iudiciumque revocasse. hic est enim reditus, pontifices, haec restitutio in domo, in sedibus, in aris, in focis, in dis penatibus reciperandis. quorum si iste suis sceleratissimis manibus tecta sedesque convellit ducibusque consulibus tamquam urbe capta hanc unam domum quasi acerrimi propugnatoris sibi delendam putavit, iam illi di penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum erunt restituti.

57 144 Quocirca te, Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominavit, teque, Iuno Regina, et te, custos urbis, Minerva, quae semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum exstitisti, precor atque quaeso, vosque qui maxime ⟨me⟩ repetistis atque revocastis, quorum de sedibus haec mihi est proposita contentio, patrii penates familiaresque, qui huic urbi et rei publicae praesidetis, vos obtestor, quorum ego a templis atque delubris pestiferam illam

1 indomito *Ha.* : inito *ω* : ignito *Naug.* | se meque **P** : me seque **GMV** : meque **H** | reputabat **P**[1] || 2 metus *del. A. Kl.*[1] *389* : metu ⟨territus⟩ *Koch 14* : mentis *Mdv.*[3] *141* : amens *Wui.; cf. § 144 p. 88, 2* : metuens *De Saint-Denis 210* || 5 iam *om.* **GMV** || 7 soli *Lb.* : solis *ω fort. recte* || 8 universi **H** : -is *ω* | praestantissime *Pantagathus* : -i *ω* || 9 in mea *bis* **G**[1] || 10 centuriariumque **P**[1] || 11 vos *ex* vox **G**[1] || 13 omne suum *Gar.* : omnes tum *ω* || 14 arbitrabuntur **PG**[2] **MV** : -abantur **G**[1]**H** : -antur *Lb.* || 15 tuentur **PHG**[2] : tueantur **G**[1]**MV** || 16 esse numine **GMV** || 17 redditum *ς* : reductum *ω* | ipsum *om.* **P** | gratulationes **P**[1] || 20 reciperandis **PH**[1] : recu- **G**[2]**H**[2]**V** : recuperandus **G**[1]**M** | sceleratissimis (-us **V**) suis **GMV** || 21 ducibus **G** || 22 delendam **HM** : -um **GV** : delen *postrema syllaba propter fissuram iam non legitur* **P** || 23 iam *Mdv.*[2] *224* : tamen *ω* | mei **HM** : me **PGV** || 24 erunt *edd.* : erant *ω* || 25 quicirca **P**[1] || 27 urbis **PH** : orbis **GMV** || 28 me *add. Naug.* || 30 ⟨vosque⟩ *vel* ⟨et⟩ qui *Sh. B. 266* : *an* ⟨et vos⟩ qui *ego* | praesidetis **GMV** : praesides **P** : praesides estis **H** || 31 a **PH** : e **GM** : *om.* **V**

et nefariam flammam depuli, teque, Vesta mater, cuius castissimas sa-
cerdotes ab hominum amentium furore et scelere defendi cuiusque ignem
illum sempiternum non sum passus aut sanguine civium restingui aut
145 cum totius urbis incendio commisceri, ut, si in illo paene fato rei publicae
obieci meum caput pro vestris caerimoniis atque templis perditissimo-
rum civium furori atque ferro, et si iterum, cum ex mea contentione in-
teritus bonorum omnium quaereretur, vos sum testatus, vobis me ac
meos commendavi meque atque meum caput ea condicione devovi ut,
si et eo ipso tempore et ante in consulatu meo commodis meis omnibus,
emolumentis, praemiis praetermissis cura, cogitatione, vigiliis omnibus
nihil nisi de salute meorum civium laborassem, tum mihi re publica ali-
quando restituta liceret frui, sin autem mea consilia patriae non pro-
fuissent, ut perpetuum dolorem avolsus a meis sustinerem, hanc ego devo-
tionem capitis mei, cum ero in meas sedes restitutus, tum denique con-
146 victam esse et commissam putabo. nam nunc quidem, pontifices, non
solum domo de qua cognostis, sed tota urbe careo, in quam videor esse
restitutus. urbis enim celeberrimae et maximae partes advorsum illud
non monumentum, sed vulnus patriae contuentur. quem cum mihi con-
spectum morte magis vitandum fugiendumque esse videatis, nolite,
quaeso, eum cuius reditu restitutam rem publicam fore putastis non so-
lum dignitatis ornamentis, sed etiam urbis patriae usu velle esse priva-
58 tum. non me bonorum direptio, non tectorum excisio, non depopulatio
praediorum, non praeda consulum ex meis fortunis crudelissime capta
permovet; caduca semper et mobilia haec esse duxi, non virtutis atque
ingeni, sed fortunae et temporum munera, quorum ego non tam facul-
tatem umquam et copiam expetendam putavi quam et in utendo ratio-
147 nem et in carendo patientiam. etenim ad nostrum usum prope modum
iam est definita moderatio rei familiaris, liberis autem nostris satis am-
plum patrimonium paterni nominis ac memoriae nostrae relinquemus;

1 flammam P : famam GV : cedem M : *om.* H | depulitque vestra ate cuius P^1 || 2 amentium *Mo.* : amentia ω || 2.3 illum ignem GMV || 4 ut *del. Pantagathus, Sh. B. 267* | paene fa*to G : pene facto M : penato V || 8 meos PH : mea GMV || 9 et^1 *edd.* : de ω | consultu G^1 : consulto V || 10 vigelliis P^1 || 11 de salute nihil nisi GMV || 12 liceret *ex* aligeret P^2 | autem PH : hoc G : h V : haec M || 13 devotionem M : devo*tionem (l *eras. videtur*) P : devolutionem GHV || 14 meas sedes (-is V) PGV : sedes meas H : meas edes M *cf. § 147 p. 89, 8* || 15 et *om.* GM : *deest* V | nam ... 17 restitutus *om.* V || 16 domo G^2 : de domo PG^{1}HM | cognostis PGH : cognoscitis M || 17 advorsum GHV : adversum PM || 19 mortem P || 20 eum qu(a)eso GMV || 21 patriae usu *Ha. ap. Rue. 37* : patribus P : partibus ω : patriae visu *Jeep^2 9* || 23 capta P^{2}HV : capita P^1 : rapta G : *om.* M || 24 mobili P^1 || 25 sed *Flor. Gall.* M : et ω | fortuna P | facultate H || 26 expetendam *edd.* : extendam P^1 : extendendam ω | in *om.* P^1 || 27 patientia P^2 || 28 rei familiaris *om.* H | autem PHG^2 : hoc G^1 : enim MV || 29 ac PH : atque GMV

domo per scelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis speciem sceleratius etiam aedificata quam eversa carere sine maxima ignominia rei publicae, meo dedecore ac dolore non possum.

Quapropter si dis immortalibus, si senatui, si populo Romano, si cunctae Italiae, si provinciis, si exteris nationibus, si vobismet ipsis, qui in mea salute principem semper locum auctoritatemque tenuistis, gratum et iucundum meum reditum intellegitis esse, quaeso obtestorque vos, pontifices, ut me, quem auctoritate, studio, sententiis restituistis, nunc, quoniam senatus ita vult, manibus quoque vestris in sedibus meis conlocetis.

1 religionis **P**²**HM** : legionis **P**¹ : religiones **GV** | speciem *Mo.* : vim (v *in ras.* **P**) **PHM** *Gesner* : sum **GV** : simulationem (?) *A. Kl.* || 5 vosmet **P** || 7 meum] eum **P** | intellegetis **G**¹ || 8 sententii **P**¹ | restituistis **G**²**MV** : restituitis** (-is *in ras.*) **P** : restituitis **GH**

Subscr. M. TVLLI CICERONIS' DE DOMO SVA EXPLICIT **P** : EXPLIC(it) DE DOMO SVA **H** : Explicit or(ati)o **V** : *om.* **GM**

M. TVLLI CICERONIS
ORATIO DE HARVSPICVM RESPONSIS

SIGLA

P = codex Parisinus 7794 saec. IX$^{med.}$
  P^1 = prima manus
  P^2 = correcturae eiusdem fere aetatis
  P^3 = correcturae multo recentiores
G = codex Bruxellensis 5345 (olim Gemblacensis) saec. XI$^{in.}$
  G^1 = prima manus
  G^2 = correcturae paulo recentiores
E = codex Berolinensis 252 (olim Erfurtensis) saec. XII$^{in.}$
  E^1 = prima manus
  E^2 = correcturae eiusdem aetatis
H = codex Harleianus 4927 saec. XII$^{ex.}$
  H^1 = prima manus
  H^2 = correcturae recentiores
ω = superiores illi codices omnes
ς = codices recentiores non nulli
ed. R. = editio Romana 1471

NOTAE

Ang. = Angelius
Bai. = Baiter
Bus. = Busche
Court. = Courtney
Ern. = Ernesti
Gar. = Garatoni
Graev. = Graevius
Grut. = Gruter
Ha. = Halm
Ka. = Karsten
A. Kl. = Alfr. Klotz
R. Kl. = Reinh. Klotz
Lb. = Lambinus
Mdv. = Madvig
Man. = Manutius
Mat. = Matthias
Mo. = Mommsen
Mue. = C. F. W. Mueller
Naug. = Naugerius
Or. = Orelli
Pet. = Peterson
Sh. B. = Shackleton Bailey
Syd. = Sydow
Zie. = Zielinski

Hesterno die, patres conscripti, cum me et vestra dignitas et frequen- 1 1
tia equitum Romanorum praesentium, quibus senatus dabatur, magno-
pere commosset, putavi mihi reprimendam esse P. Clodi impudicam im-
pudentiam, cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus
impediret, P. Tullioni Syro navaret operam atque ei se, cui totus venie-
rat, etiam vobis inspectantibus venditaret. itaque hominem furentem
exsultantemque continui simul ac periculum iudici intendi; duobus in-
ceptis verbis omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. ac 2
tamen ignarus ille qui consules essent, exsanguis atque aestuans se ex
curia repente proripuit, cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis
et cum illius Pisoniani temporis Gabinianique terroribus. quem cum egre-
dientem insequi coepissem, cepi equidem fructum maximum et ex consur-
rectione omnium vestrum et ex comitatu publicanorum. sed vaecors repente
sine suo voltu, sine colore, sine voce constitit; deinde respexit et, simul at-
que Cn. Lentulum consulem aspexit, concidit in curiae paene limine, recor-
datione, credo, Gabini sui desiderioque Pisonis. cuius ego de ecfrenato
et praecipiti furore quid dicam? an potest gravioribus a me verbis volne-
rari quam est statim in facto ipso a gravissimo viro, P. Servilio, confectus
ac trucidatus? cuius si iam vim et gravitatem illam singularem ac paene
divinam adsequi possem, tamen non dubito quin ea tela quae coniecerit
inimicus, quam ea quae collega patris emisit, leviora atque hebetiora
esse videantur.

Sed tamen mei facti rationem exponere illis volo qui hesterno die do- 2 3
lore me elatum et iracundia longius prope progressum arbitrabantur
quam sapientis hominis cogitata ratio postulasset. nihil feci iratus, nihil

Inscr. INC(ipit) DE ARVSPICVM RESPONSIS **P** : Incip(it) orat(io) M. T. Cicer(onis) de aruspicu(m) responsis **E** : De aruspicum responsis *Quint. 5, 11, 42* : INCIPIT M. TVLLIVS C(i)C(ero) DE RESPONSIS ARVSPICVM **H** : INCIPIT EIUSDE(m) PRO RESPONSIS ARVSPICVM **G** : De aruspicum responso *Ascon. pp. 55, 22 et 56, 11 St. = §§ 61 et 62 Cl.*

2 praesentium **P²GE** : praesentiaeum **P¹** : *om.* **H** || 3 commosset] cum nosset **E** | putavi mihi] putavimus **G** | impudicam impudicitiam **H** || 5 tollioni **P¹** | siro **H** | novaret **G** || 8.9 attamen **G** ς || 10 fractis **P²GH** : factis **P¹E** || 11 posoniani **P¹** | cum *om.* **G¹** || 12 cepi **P** : caepi **GH** : copi **E** | et *om.* **GE** || 13 nostrum **E** || 14 simul atque *Bai.* : simul ad **PEH** : simul ac **G** || 15 ·C·N· **P** | limine *om.* **P¹** || 16 cuius] cui **E** | ecfrenato **PG** : eff- **EH** || 17 dicebam **P¹** | an *Pet.* : aut **GEH** : *om.* **P** *Lb.* : haud ς | volnerari **P** : vul- **GEH** || 18 a] ac **H** || 19 cui **E** | ilam **P¹** || 20 quae *om.* **E** || 21 emisit ς : amisit ω | habetiora **P¹** || 23 illius **P¹** | dolore **GH** : dolori **PE** || 24 elatum] aelectum **E** | iracundiam **E** | digressum **H** || 25 postulassem **E** | nihil² *om.* **E**

impotenti animo, nihil non diu consideratum ac multo ante meditatum. ego enim me, patres conscripti, inimicum semper esse professus sum duobus, qui me, qui rem publicam cum defendere deberent, servare possent, cumque ad consulare officium ipsis insignibus illius imperi, ad meam salutem non solum auctoritate sed etiam precibus vestris vocarentur, primo reliquerunt, deinde prodiderunt, postremo oppugnarunt praemiisque nefariae pactionis funditus una cum re publica oppressum exstinctumque voluerunt; qui quae suo ductu et imperio cruento illo atque funesto supplicia neque a sociorum moenibus prohibere neque hostium urbibus inferre potuerunt, excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem, ea sua cum praeda meis omnibus tectis
4 atque agris intulerunt. cum his furiis et facibus, cum his, inquam, exitiosis prodigiis ac paene huius imperi pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum, neque id tamen ipsum tantum quantum meus ac meorum, sed tantum quantum vester atque omnium bonorum dolor
3 postulavit. in Clodium vero non est hodie meum maius odium quam illo die fuit cum illum ambustum religiosissimis ignibus cognovi muliebri ornatu ex incesto stupro atque ex domo pontificis maximi emissum. tum, inquam, tum vidi ac multo ante prospexi quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella rei publicae. videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adulescentis furentis, nobilis, volnerati non posse arceri oti finibus; erupturum illud malum aliquando, si impu-
5 nitum fuisset, ad perniciem civitatis. non multum mihi sane post ad odium accessit. nihil enim contra me fecit odio mei, sed odio severitatis, odio dignitatis, odio rei publicae. non me magis violavit quam senatum, quam equites Romanos, quam omnes bonos, quam Italiam cunctam; non denique in me sceleratior fuit quam in ipsos deos immortales. etenim illos eo scelere violavit quo nemo antea; in me fuit eodem animo quo etiam eius familiaris Catilina, si vicisset, fuisset. itaque eum numquam a me esse accusandum putavi, non plus quam stipitem illum qui quorum hominum esset nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. quid enim hunc

1 non] cum **E** || 2 me *post* inimicum *transp.* **H** | professus sum *ex* professum **P**^{2} || 3 duabus **E** | publicam **GE** : *om.* **P** : meam **H**ς || 5 auctoritate **P**^{2}**GH** : -em **E** : salutem auctoritate **P**^{1} || 6 oppugnaverunt **GE** | praemiisque] primusque **E** || 7 pactionis *Naug., cf. sen. 32 p. 16, 19; pop. 13 p. 26, 26; dom. 23 p. 43, 21* : factionis ω | funditur **E** || 8 qui quae **P** : quique **GEH** || 11 ea **P** : mea **GEH** | meis] eis **E** || 14 vel id attamen **GE** || 15 sed] si **E** | vester atque **GEH** : est eratque (-quae **P**^{1}) **P** || 16 vero *om.* **G** | est *om.* **E** || 18 incestu **GE** | stupro *om.* **G**^{1} || 20 impenderet **H** | rei p. **PG** : r. p. **E** : re p. **H** || 21 iammanem **P**^{1} | nobilis] mobilis *Drechsler 299* : nebulonis *Bus. ap. Pet.* : pleni bilis *Walter*^{2} *4; sed cf. dom. 46 p. 52, 11* || 22 oti] privatis *Koch 14* || 23 ad odium **PEH** : ad odio **G**^{1} : a clodio **G**^{2} || 24 odio dignitatis *om.* **P** || 27 ipso **G** || 28 eo] consules **E** | scelere p **H**^{1} || 29 eius ς : meus ω | fuisset *om.* **E** | a me *om.* **GE** || 30 non plus *bis* **E** | corum **P**^{1} || 31 esset] esse **E** | ipse *om.* **GE** | diceret **P**^{2}**GH** : deceret **P**^{1} : diceremus **E**

persequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande
corruptum? qui si sentit quo se scelere devinxerit, non dubito quin sit
miserrimus; sin autem id non videt, periculum est ne se stuporis excusa-
tione defendat.

Accedit etiam quod exspectatione omnium fortissimo et clarissimo 6
viro, T. Annio, devota et constituta ista hostia esse videtur. cui me prae-
ripere desponsam iam et destinatam laudem, cum ipse eius opera et digni-
tatem et salutem reciperarim, valde est iniquum. etenim ut P. ille Scipio 4
natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, qui illam a mul-
tis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactam, paene captam
aliquando quasi fatali adventu solus evertit, sic T. Annius ad illam pestem
comprimendam, exstinguendam, funditus delendam natus esse videtur
et quasi divino munere donatus rei publicae. solus ille cognovit quem ad
modum armatum civem, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi
contineret, qui urbem totam, qui curiam, qui forum, qui templa omnia
caede incendiisque terreret, non modo vinci verum etiam vinciri oporte-
ret. huic ego et tali et ita de me ac de patria merito viro numquam mea 7
voluntate praeripiam eum praesertim reum cuius ille inimicitias non so-
lum suscepit propter salutem meam, verum etiam adpetivit. sed si etiam
nunc inlaqueatus iam omnium legum periculis, inretitus odio bonorum
omnium, exspectatione supplici iam non diuturna implicatus feretur
tamen haesitans et in me impetum impeditus facere conabitur, resistam
et aut concedente aut etiam adiuvante Milone eius conatum refutabo, vel-
ut hesterno die cum mihi stanti tacens minaretur, voce tantum attigi
legum initium et iudici. consedit ille, conticui. diem dixisset, ut iecerat,
fecissem ut ei statim tertius a praetore dies diceretur. atque hoc sic mo-
deretur et cogitet, si contentus sit iis sceleribus quae commisit, esse iam
consecratum Miloni; si quod in me telum intenderit, statim me esse
arrepturum arma iudiciorum atque legum.

Atque paulo ante, patres conscripti, contionem habuit quae est ad me 8

1 pecucudem **P^1** | pabulum **P^3** (*?*) | glande **P^{1}GE** : glaude **H** : clande **P^2** || **2** sentit *Lb.* : sensit **PGH** *Mue.; cf. M. Seyffert, C. F. W. Mueller, Lael., 1876, 228* : senserit **E** || **3** minserrumus **P** | autem (*in ras.* **G**) **PGH** : enim **E** || **5** accedit **PH** : accepit **G^{1}E** : accepi **G^2** || **6** annino **E** | ostia **P^1** || **7** desponsatam **E** || **8** reciperarim **P** : recu- **H** : recuperarunt **G** : recuperans **E** || **9** exitumquae **P^1** || **10** labefactam **P** : labefactatam **GEH** *sed cf. § 60 p. 116, 7; Sest. 101; Manil. 19* || **14** lapidibus] iam pedibus **P** | alios fugaret *om.* **E** || **15** totamque **P** | templa **P^{2}GE** : telmpla **P^1** : templum **H** || **16** incendisque **P^1** | vinciri ς *Fabricius* : vincere ω || **17** ego **PH** : ergo **GE** | et^2 *om.* **P** || **18** illa **G^1** || **20** illa queat **E** | irreatus **H** | odia **H** || **22** mei **E** || **23** reputabo **P^1** || **24** hesternon **P^1** | tacenti stans *Graev.* | aminaretur **P^1** || **25** initium] metum *Mdv.^{3} 141, prob. Zie. 206, sed cf. § 1 p. 91, 7* duobus inceptis verbis | consedit] concidit *Naug.; aut hoc aut Graevi* **24** tacenti stans *prob. Court.^{1} 96* | iecerat *Ern.* : fecerat ω || **26** a praetore tertius **GE** || **27** si] sic **E** | is **P^1** | esse **PGE** : *om.* **H** : esse ⟨se⟩ *Bai.* : sese (*?*) *A. Kl.* || **28** quid **G** | me telum **P^{2}H** : metellum **P^{1}GE** | intenderit] intorserit **H** || **30** ad *ex* a **G^2**

tota delata. cuius contionis primum universum argumentum sententiam-
que audite; cum riseritis impudentiam hominis, tum a me de tota contione
5 audietis. de religionibus sacris et caerimoniis est contionatus, patres
conscripti, Clodius; P., inquam, Clodius sacra et religiones neglegi, vio-
lari, pollui questus est! non mirum si hoc vobis ridiculum videtur; etiam
sua contio risit hominem, quo modo ipse gloriari solet, ducentis confixum
senati consultis, quae sunt omnia contra illum pro religionibus facta,
hominemque eum qui pulvinaribus Bonae Deae stuprum intulerit eaque
sacra quae viri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est non solum
aspectu virili sed flagitio stuproque violarit, in contione de religionibus
9 neglectis conqueri. itaque nunc proxima contio eius exspectatur de pudi-
citia. quid enim interest utrum ab altaribus religiosissimis fugatus de
sacris et religionibus conqueratur, an ex sororum cubiculo egressus pu-
dorem pudicitiamque defendat? responsum haruspicum hoc recens de fre-
mitu in contione recitavit, in quo cum aliis multis scriptum etiam illud
est, id quod audistis, LOCA SACRA ET RELIGIOSA PROFANA HABERI. in ea
causa esse dixit domum meam a religiosissimo sacerdote, P. Clodio,
10 consecratam. gaudeo mihi de toto hoc ostento, quod haud scio an gra-
vissimum multis his annis huic ordini nuntiatum sit, datam non modo
iustam sed etiam necessariam causam esse dicendi; reperietis enim ex
hoc toto prodigio atque responso nos de istius scelere ac furore ac de im-
pendentibus periculis maximis prope iam voce Iovis Optimi Maximi
11 praemoneri. sed primum expiabo religionem aedium mearum, si id fa-
cere vere ac sine cuiusquam dubitatione potero; sin scripulus tenuissimus
residere alicui videbitur, non modo patienti sed etiam libenti animo por-
tentis deorum immortalium religionique parebo.
6 Sed quae tandem est in hac urbe tanta domus ab ista suspicione reli-
gionis tam vacua atque pura? quamquam vestrae domus, patres conscrip-
ti, ceterorumque civium multo maxima ex parte sunt liberae religione,
tamen una mea domus iudiciis omnibus liberata in hac urbe sola est. te
enim appello, Lentule, et te, Philippe. ex hoc haruspicum responso de-

3 (religionibus sacris) *cf. Arnob.* (*CSEL 4*), *4, 31* religiones . . . sacras || 23 *sqq.* (sed . . .) *cf. Victor, RL 403, 3*

1 sentiamquae **P**[1] || 2 tum] cum **E** || 3 sacris et] et sacris *Mo.* : sacris *Court.*[1] *97* || 5 etiam] et **H** || 7 senati **P** : senatus **GE** : se senatus **H** || 8 qui *ex* que **P**[2] || 9 viri] victi (*?*) **H** | nec **E** || 10 stuproquae **P**[1] | violaret **E** | contentione **E** || 13 queratur **H** | sororum ς : suorum ω : suarum sororum *Ha.* || 14 pudicitiamquae **P**[1] | aruspicum **PGH** (*sine* h *fere semper* **GEH**) : auruspicum **E** || 18 ostendo **E** | haud **H** : haut **PG** : aut **E** || 19 data **E** || 20 repperietis **H** || 21 de[1]] ex **H** || 22 prope iam] propriam **H** || 23 praemoneri **G** : promoneri **P** : promoveri **EH** | sed] si **E** || 24 scrupulus **GE** || 25 alicui (-quoi) *Mdv.*[2] *224* : aliquis ω | potentis **G**[1] || 26 religioneque **P**[1] || 28 vacuatque **P**[1] | quamquam **PH** : quam **GE** | nostrae **H** || 29 ceterorumquae **P**[1] || 30 hac **P**[2]**EHG**[2] : ac **P**[1] : har (*?*) **G**[1] | sola] tota *Ka. 407* || 31 et] id **E** | philipe **H** | arispicum **P**

crevit senatus ut de locis sacris, religiosis ad hunc ordinem referretis. potestisne referre de mea domo? quae, ut dixi, sola in hac urbe omni religione omnibus iudiciis liberata est; quam primum inimicus ipse in illa tempestate ac nocte rei publicae, cum cetera scelera stilo illo impuro Sex. Cloeli ore tincto conscripsisset, ne una quidem attigit littera religionis. deinde eandem domum populus Romanus, cuius est summa potestas omnium rerum, comitiis centuriatis, omnium aetatum ordinumque suffragiis eodem iure esse iussit quo fuisset. postea vos, patres conscripti, non quo dubia res esset, sed ut huic furiae, si diutius in hac urbe quam delere cuperet maneret, vox interdiceretur, decrevistis ut de
mearum aedium religione ad pontificum collegium referretur. quae tanta 12
religio est qua non in nostris dubitationibus atque in maximis superstitionibus unius P. Servili aut M. Luculli responso ac verbo liberemur? de sacris publicis, de ludis maximis, de deorum penatium Vestaeque matris caerimoniis, de illo ipso sacrificio quod fit pro salute populi Romani, quod post Romam conditam huius unius casti tutoris religionum scelere violatum est, quod tres pontifices statuissent, id semper populo Romano, semper senatui, semper ipsis dis immortalibus satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est. at vero meam domum P. Lentulus consul et pontifex, P. Servilius, M. Lucullus, Q. Metellus, M'. Glabrio, M. Messalla, L. Lentulus flamen Martialis, P. Galba, Q. Metellus Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius rex sacrorum, M. Scaurus, M. Crassus, C. Curio, Sex. Caesar flamen Quirinalis, Q. Cornelius, P. Albinovanus, Q. Terentius pontifices minores causa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentia amplissimorum ac sapientissimorum ci-
vium adstante omni religione una mente omnes liberaverunt. nego um- 7 13
quam post sacra constituta, quorum eadem est antiquitas quae ipsius urbis, ulla de re, ne de capite quidem virginum Vestalium, tam frequens

26 *sqq.* (nego ...) *cf. Victor, RL 403, 1*

2 referre de *ex* referende **P**^{2} | quae ... 3 liberata est *del. Ka. 407* | religioni **P** || 3 quam **PG** : qua **EH** | ipso **E** || 4 scelerasti **P**^{1} || 5 cloelii **PG** : cloelius **H** : clodii **E** | ore tincto **P**^{2}**GE** : ore tinto **P**^{1} : *om.* **H** | attingit **P**^{1} | religionis *ex* regionis **P**^{2} || 7 comitiis centuriatis *del. Ka. 407* | ordinumquae **P**^{1} || 10 urbe**** quam **P** : urbe ⟨esset⟩ quam *Ha.* : urbe ⟨quic⟩quam *Mdv.*^{2} *225* | maneret *om.* **P**^{1} *Ha., Mdv. ib.* | interdiceretur **P**^{2}**GEH** : indiceretur **P**^{1} : intercluderetur *Lb.* || 11 referetur **P**^{1} || 12 atquae **P**^{1} || 13 aut *Mdv.*^{2} *225* : ac *ω A. Kl.* || 14 laudis **P**^{1} | vesteque **EH** || 15 fit] sit **H** || 17 id semper *ς* : idem per **PH** : idem **GE** | populo r. **G** : p. r. **E** : populum r. **PH** || 18 semper senatui *om.* **E** || 19 angustum **H** || 20 consul (*in ras.* **P**) **PH** : *om.* **GE** || 21 M'. *edd.* : m. **P** : *om.* **GEH** | m. *in ras.* **P** | messalla **P**^{1} : messala *ω* | p. galba q. metellus flamen martialis *inter* martialis *et* p. galba *del.* **P**^{2} | P. *om.* **GE** | Q. Metellus *om.* **H** || 22 C. *om.* **P** | frannius **E** | M.^{1}] ac **H** || 23.24 Q. ... Q.] q; ... q; **E** || 24 albinovanus **GE** : albinomanus **PH** | terentius **GH** : terrentius **E** : tenerentius **P** || 26 adstanta **H**^{1} | unam **H**^{1} || 28 ne] neque **G**

collegium iudicasse. quamquam ad facinoris disquisitionem interest adesse quam plurimos — ita est enim interpretatio illa pontificum ut eidem potestatem habeant iudicum —, religionis explanatio vel ab uno pontifice perito recte fieri potest — quod idem in iudicio capitis durum atque iniquum est —, tamen sic reperietis, frequentiores pontifices de mea domo quam umquam de caerimoniis virginum iudicasse. postero die frequentissimus senatus te consule designato, Lentule, sententiae principe, P. Lentulo et Q. Metello consulibus referentibus statuit, cum omnes pontifices qui erant huius ordinis adessent, cumque alii qui honoribus populi Romani antecedebant multa de collegi iudicio verba fecissent omnesque idem scribendo adessent, domum meam iudicio pontificum religione liberatam videri.

14 De hoc igitur loco sacro potissimum videntur haruspices dicere, qui locus solus ex privatis locis omnibus hoc praecipue iuris habet ut ab ipsis qui sacris praesunt sacer non esse iudicatus sit? verum referte, quod ex senatus consulto facere debetis. aut vobis cognitio dabitur, qui primi de hac domo sententiam dixistis et eam religione omni liberastis, aut senatus ipse iudicabit, qui uno illo solo antistite sacrorum dissentiente frequentissimus antea iudicavit, aut — id quod certe fiet — ad pontifices reicietur, quorum auctoritati, fidei, prudentiae maiores nostri sacra religionesque et privatas et publicas commendarunt. quid ergo ii possunt aliud iudicare ac iudicaverunt? multae sunt domus in hac urbe, patres conscripti, atque haud scio an paene cunctae iure optimo, sed tamen iure privato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipi, iure nexi; nego esse ullam domum aliam privato eodem quo quae optima lege, publico
15 vero omni praecipuo et humano et divino iure munitam. quae primum aedificatur ex auctoritate senatus pecunia publica, deinde contra vim nefariam huius gladiatoris tot senati consultis munita atque saepta est.
8 primum negotium isdem magistratibus est datum anno superiore, ut curarent ut sine vi aedificare mihi liceret, quibus in maximis periculis universa res publica commendari solet; deinde, cum ille saxis et ignibus et ferro vastitatem meis sedibus intulisset, decrevit senatus eos qui id

1 indicasse **H** | ad] id **E** | dequisitione **E** || 2 ita . . . 3 iudicum *del. Ka. 408* | eidem *edd.* : *idem **P** : idem **H** : fidem **GE** || 3 potestatem] potentem **E** | explanatio vel] explanatiōe **H** || 4 quod . . . 5 iniquum est *del. Ka. 408* | in iudicio *om.* **GE** | cappatis **E** | durum **H**ς : duorum ω || 5 esset *Ha.* | sic *ex* si **G**^{2} | repperitis **E** || 7 senatus *om.* **E** || 8 pontufices **P** || 10 antecebant **H** | collegii **GEH**^{1} : colligii **P** : collegio **H**^{2} || 13 sacro *om.* **E** | videtur **G**^{1} || 14 ius **H** || 15 vere **E** || 16 cognito **E** || 17 hac *ex* ac **P**^{2} | religione* **P** || 18 solo illo **H** || 20 auctoritate **E** | fidī (fi *in ras.*) **E** || 21 ii **PG** : hi **EH** || 23 haud **P**^{2}**H** : aud **P**^{1} : haut **GE** || 24 iure hereditario iure auctoritatis *om.* **E** | iure hereditario . . . nexi *del. Ka. 408* | ereditario **P**^{1} || 25 ullam . . . lege] *cf. agr. 2, 29* tum ii decemviri . . . eodem iure sint quo qui optima lege | quo quae **P**^{2} : quoque ω | legem **G** || 26 qua **E** || 28 senati **PE**^{1}**H** : senatus **GE**^{2} || 29 iisdem **G** : hisdem **E** || 32 sedibus **PE**^{1}**H** : (a)edibus **GE**^{2} | qui id *ex* quid **G**^{2}

fecissent lege de vi, quae esset in eos qui universam rem publicam oppu-
gnassent, teneri. vobis vero referentibus, o post hominum memoriam for-
tissimi atque optimi consules, decrevit idem senatus frequentissimus, qui
tissimeam domum violasset, contra rem publicam esse facturum. nego ullo 16
de opere publico, de monumento, de templo tot senatus exstare consulta
quot de mea domo, quam senatus unam post hanc urbem constitutam ex
aerario aedificandam, a pontificibus liberandam, a magistratibus de-
fendendam, a iudicibus poeniendam putarit. P. Valerio pro maximis in
rem publicam beneficiis data domus est in Velia publice, at mihi in Pala-
tio restituta; illi locus, at mihi etiam parietes atque tectum; illi quam
ipse privato iure tueretur, mihi quam publice magistratus omnes de-
fenderent. quae quidem ego si aut per me aut ab aliis haberem, non prae-
dicarem apud vos, ne nimis gloriari viderer; sed cum sint mihi data a vo-
bis, cum ea adtemptentur eius lingua cuius ante manu eversa vos mihi et
liberis meis manibus vestris reddidistis, non ego de meis sed de vestris
factis loquor, nec vereor ne haec mea vestrorum beneficiorum praedi-
catio non grata potius quam adrogans videatur. quamquam si me tantis 17
laboribus pro communi salute perfunctum ecferret aliquando ad gloriam
in refutandis maledictis hominum improborum animi quidam dolor, quis
non ignosceret? vidi enim hesterno die quendam murmurantem, quem
aiebant negare ferre me posse, quia, cum ab hoc eodem impurissimo
parricida rogarer cuius essem civitatis, respondi me probantibus et vobis
et equitibus Romanis eius esse quae carere me non potuisset. ille, ut opi-
nor, ingemuit. quid igitur responderem? — quaero ex eo ipso qui ferre me
non potest — me civem esse Romanum? litterate respondissem. an ta-
cuissem? desertum negotium. potest quisquam vir in rebus magnis cum
invidia versatus satis graviter inimici contumeliis sine sua laude respon-

1 vi quae] viq; **E** | esset *Ern.* : est *ω* || 2 ferentibus **P**^{1} | memoriam] meorum a **E** || 3 optumi **P** | consulis **E** | frequentissimo **E** || 4 et contra **E** | faturum **P**^{1} || 5 tot *om.* **GE** | consulata **P**^{1} || 6 quot *ex* quod **P**^{2} | unam] ullam **E** || 7 liberanda **E** | a^2 *om.* **E** || 8 poeniendam **G**^{1} : poeni*endam **P** : puniendam **EHG**^{2} : moeniendam *Faber, sed cf. de or. 1, 220* cupiditas puniendi doloris; *Phil. 8, 7* | putarit *Ha.* : putaret *ω* || 9 Velia publice *Palmerius, cf. Ascon. p. 19, 2 St. = § 12 Cl.* : villa publica *ω* : ulla publica **P**^{1} | at **P**^{2}**GH** : ad **P**^{1} : aut **E** || 10 restitutam **E** | at] aut **E** | etiam *om.* **H** || 11 ⟨at⟩ mihi *Gar.* || 12 si *om.* **E** | me] se **E** || 13 nimis] minus **E** | cum **PH** : quae **GE** || 14 ea] iam *Mue.* | eius (ei *in ras.* **P**) **PH** : et eius **GE** | antea **H** || 15 non ego] nego **E** || 15. 16 factis vestris **H** || 17 grat*a **P** | ⟨esse⟩ videatur *Zie. 206* | *§ 18 p. 98, 3* sed . . . *5* commotum *post* videatur *transp. ω, ex quo tantum apparet archetypi librarium triginta quattuor fere versus transiluisse* || 18 pro . . . salute *om.* **H** | ecferret **P** : et ferret **G**^{1}**E** : efferret **G**^{2} : haec ferret **H** || 19 refutandis *edd.* : reputandis *ω cf. § 7 p. 93,23* refutabo | improborum hominum **H** || 20 ignorescet **H** | vide **P**^{1} | quenda **H** | murmurantem] mihi minantem **E** || 22 patricida **E** || 23 esse *om.* **E** | me *om.* **E** || 24 quid *ex* qui **P**^{2} | quaere **G** || 25 ⟨vix⟩ litterate *Sh. B. 267* | an tacuissem **PH** : aut|acuissem **G** : aut tacuissem **E** || 26 rebus (s *in ras.*) **P** | magni **P**^{1} || 27 in inimici **H**ς *cf. A. Kl.*^{2} *510* | contumeliis *Mdv.*^{2} *225* : contumeliam (-to- **H**) *ω*

dere? at ipse non modo respondet quidquid potest, cum est lacessitus,
sed etiam gaudet se ab amicis quid respondeat admoneri.

9 18 Sed quoniam mea causa expedita est, videamus nunc quid haruspices
dicant. ego enim fateor me et magnitudine ostenti et gravitate responsi
et una atque constanti haruspicum ⟨voce⟩ vehementer esse commotum;
neque is sum qui, si cui forte videor plus quam ceteri qui aeque atque ego
sunt occupati versari in studio litterarum, his delecter aut utar omnino
litteris quae nostros animos deterrent atque avocant a religione. ego vero
primum habeo auctores ac magistros religionum colendarum maiores
nostros, quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur ut satis superque pru-
dentes sint qui illorum prudentiam non dicam adsequi, sed quanta fuerit
perspicere possint, qui statas sollemnisque caerimonias pontificatu, rerum
bene gerundarum auctoritates augurio, fatorum veteres praedictiones
Apollinis vatum libris, portentorum expiationes Etruscorum disciplina
contineri putaverunt; quae quidem tanta est ut nostra memoria primum
Italici belli funesta illa principia, post Sullani Cinnanique temporis ex-
tremum paene discrimen, tum hanc recentem urbis inflammandae de-
lendique imperi coniurationem non obscure nobis paulo ante praedixe-
19 rint. deinde, si quid habui oti, etiam cognovi multa homines doctos sa-
pientisque et dixisse et scripta ⟨de⟩ deorum immortalium numine reli-
quisse. quae quamquam divinitus perscripta video, tamen eius modi sunt
ut ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur. etenim

12–15 (qui statas ... putaverunt) *cf. Val. Max. 1, 1, 1* maiores statas sollemnesque caerimonias pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritates augurum observatione, Apollinis praedictiones vatum libris, portentorum depulsi⟨one⟩s Etrusca disciplina explicari voluerunt

1 at *ex* ad **P**^{2} | quidquid **P**^{1} : quicquid ω || 3 sed ... 5 commotum *post § 16 p. 97, 17* videatur *transp.* ω | nun **P** || 5 voce *add. Ang.* | vehementer esse **PG** : vehementes se **E** : esse **H** | commotum **PG** : commodum **E** : permotum **H** || 6 is sum] ossum **E** | aeque **GE** : eque **P** : equae **H** | atque **PH** : at **E** : ut **G** || 7 delecter **P**^{1}**H** : delectari **P**^{2}**GE** | aut **EH** : aud* **P**^{1} : haut **G**^{1} : haud* **P**^{2} : haud **G**^{2} || 8 litteris quae *ex* litterique **P**^{2} | animos **PH** : amicos **GE** || 9 magistratus **GE** | collendarum **P**^{1} || 10 fuisse tanta **H** || 12 possent **P**^{1} | statas **G** *Val. Max.* : stata **P**^{1} : statuta **P**^{2} : statutas **H**ς : statis **E** | sollemnisque **P**^{2} : sole- **P**^{1} : solennisque **H** : sollemnesque **E** *Val. Max.* : sollempnesque **G** | cerimoniis **H** | pontificatum *ex* pontificum (?) **E**^{1} || 13 gerundarum **P** : gerendarum **GH** : gerendum **E** | praedictiones ς : praedicationes ω : praedicatione *Valeri codd.* **LA**^{1} (-dict- **A**^{2}) || 14 apollinis **P**^{2}**GE** *Val. Max.* : appollinis **H** : apollonis **P**^{1} | Apollinis *ante* praedictiones *transp. Val. Max., del. Ka. 408 tamquam insertum e Val. Max.* | portentorum **PE**^{2}**H** : potentorum **G** : sportentorum **E**^{1} | expiationes *Sigonius* : explationes **P**^{1} : explanationes ω : depulsiones *Val. Max.* | ethruscorum **HG**^{2} || 15 putarunt **H** || 16 Italici belli] ita libelli **E** | illa *om.* **H** | post sullani **P** : post si- **GH** : pusilla ni **E** | cinnanique **G** : cinnianique **PH** : cinatuque **E** || 17 poene **P** | tum] tu **E** | urbem **E** | inflammanti **E** || 19 si ... oti *om.* **H** | habui oti *Or.* : habui tolli **P** : habuit tolli **GE** | doctos **P**^{1} : doctissimos ω || 20 de ς | numina **G**^{2} || 21 praescripta **G** || 22 ea *ex* eam **P**^{2}

quis est tam vaecors qui aut, cum suspexit in caelum, deos esse non sentiat, et ea quae tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac necessitudinem persequi possit, casu fieri putet, aut, cum deos esse intellexerit, non intellegat eorum numine hoc tantum imperium esse natum et auctum et retentum? quam volumus licet, patres conscripti, ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos nec robore Gallos nec calliditate Poenos nec artibus Graecos nec denique hoc ipso huius gentis ac terrae domestico nativoque sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religione atque hac una sapientia, quod deorum numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnis gentis nationesque superavimus.

Qua re, ne plura de re minime loquar dubia, adhibete animos et mentes 10
vestras, non solum auris, ad haruspicum vocem admovete: QVOD IN AGRO 20
LATINIENSI AVDITVS EST STREPITVS CVM FREMITV. mitto haruspices, mitto illam veterem ab ipsis dis immortalibus, ut hominum fama est, Etruriae traditam disciplinam; nos nonne haruspices esse possumus? exauditus in agro propinquo et suburbano est strepitus quidam reconditus et horribilis fremitus armorum. quis est ex gigantibus illis, quos poetae ferunt bellum dis immortalibus intulisse, tam impius qui hoc tam novo tantoque motu non magnum aliquid deos populo Romano praemonstrare et praecinere fateatur? de ea re scriptum est: POSTILIONES
ESSE IOVI, SATVRNO, NEPTVNO, TELLVRI, DIS CAELESTIBVS. audio quibus 21
dis violatis expiatio debeatur, sed hominum quae ob delicta quaero. LVDOS MINVS DILIGENTER FACTOS POLLVTOSQVE. quos ludos? te appello, Lentule — tui sacerdoti sunt tensae, curricula, praecentio, ludi, libationes epulaeque ludorum —, vosque, pontifices, ad quos epulones Iovis Optimi Maximi si quid est praetermissum aut commissum adferunt, quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur. qui sunt ludi minus diligenter facti, quando aut quo scelere polluti? respondebis et pro te et pro collegis tuis, etiam pro pontificum collegio, nihil cuiusquam aut neglegentia contemptum aut scelere esse pollutum, omnia sollemnia ac iusta ludorum omnibus rebus observatis summa cum caerimonia esse servata.

1 suspexerit ς | caelo **P^1** | non sentiat] consenciat **E** ‖ 2 tanta *om.* **GE** ‖ 4 eorum *om.* **GE** ‖ 5 recentum **G^1E** | p. c. licet **H** ‖ 8 sed *in ras.* **P** : verum *Bai.* ‖ 9 hac *ex* ac **P^2** | deorum immortalium **H** ‖ 10 *post* gubernarique *spatium octo fere litt. vacuum in* **H** | nationes **H** ‖ 11 de te **H** | mini **P^1** | adhibet ea **E** | mentes **PH** : omnes **GE** ‖ 12 auris **G** : -es **P^2EH** : haures **P^1** | harispicum **P^1** | admove **E** ‖ 13 latiniensi ς : lati|*ensi **P** : latiensi **GEH** ‖ 15 etruriae **PG^1** : eth- **G^2** : aeth- **H** : et curiae **E** | haruspice*s (e *ex* i **P^2**) **P** ‖ 16 propinquo] proprio quo **E** | et] ut **E** | reconditus] recolitur **E** ‖ 17 quis est ⟨nisi est⟩ ex *Lehmann 568* : quis est ⟨vel⟩ ex *Pet.* : quis est ex⟨tinctis⟩ *Bus. 1359* ‖ 19 tan*toque **P** ‖ 20 postiliones *Or.; cf. Varr., ling. 5, 148; Arnob. 4, 31* : postulationes ω ‖ 22 ob quae **H** ‖ 24 sacerdotis **E** | praetentio **G** ‖ 25 ludorum p. **H** ‖ 26 adferunt] asserunt **E** ‖ 28 quando ς : quanto ω ‖ 29 collegiis **H^1** ‖ 30 cuiquam **H** | negligentiam contemptu **E** ‖ 31 rebus *om.* **E**

11 22 Quos igitur haruspices ludos minus diligenter factos pollutosque esse dicunt? eos quorum ipsi di immortales atque illa mater Idaea te, te, Cn. Lentule, cuius abavi manibus esset accepta, spectatorem esse voluit. quod ni tu Megalesia illo die spectare voluisses, haud scio an vivere nobis atque his de rebus iam queri ⟨non⟩ liceret. vis enim innumerabilis incitata, ex omnibus vicis collecta servorum ab hoc aedile religioso repente ⟨e⟩ fornicibus ostiisque omnibus in scaenam signo dato immissa inrupit. tua tum, tua, Cn. Lentule, eadem virtus fuit quae in privato quondam tuo proavo; te, nomen, imperium, vocem, aspectum, impetum tuum stans senatus equitesque Romani et omnes boni sequebantur, cum ille servorum eludentium multitudini senatum populumque Romanum vinctum ipso consessu et constrictum spectaculis atque impeditum turba et
23 angustiis tradidisset. an si ludius constitit aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus et matrimus si tensam non tenuit, si lorum omisit, aut si aedilis verbo aut simpuio aberravit, ludi sunt non rite facti, eaque errata expiantur et mentes deorum immortalium ludorum instauratione placantur; si ludi ab laetitia ad metum traducti, si non intermissi sed perempti atque sublati sunt, si civitati universae scelere eius qui ludos ad luctum conferre voluit exstiterunt dies illi pro festis paene funesti, dubi-
24 tabimus quos ille fremitus nuntiet ludos esse pollutos? ac si volumus ea quae de quoque deo nobis tradita sunt recordari, hanc Matrem Magnam, cuius ludi violati, polluti, paene ad caedem et ad funus civitatis conversi sunt, hanc, inquam, accepimus agros et nemora cum quodam strepitu

13–15 (an si ... aberravit) *cf. Arnob. 4,31* si per imprudentiae lapsum aut in verbo quispiam aut simpuvio deerrarit ..., si lydius constitit aut tibicen repente conticuit aut si patrimus ille qui vocitatur puer omiserit per ignorantiam lorum aut terram tenere non potuit eqs.

1 pollutosque **GH** : pollu*tosque **P** : pollutos **E** || 2 Idaea *Faernus* : daea **P** : dea *ω* || 3 abavi *Fabricius* : abavia (i *in ras.* **P**) *ω* | acceptas peccatorem **E** || 4 haud **H** : haut **P**^{2}**GE** : aut **P** || 5 quaere **P** | non *add. Mue., Philol. 19, 1863, 327* || 6 aedile *Wolf; cf. § 24 p. 101, 13; Charisius, GL 1, 120, 17 (p. 154, 5 Barwick)* : aedili *ω* | e *add. Bai.* || 7 inmisso **E** | irripuit **H** || 8 quodam **E** || 9 adspectum **P**^{1} || 10 romani vinctum ipso **G**^{1} | bene **E** || 11 eludentium *R. Kl.* : et ludentium *ω* | polumque **P** || 12 consessu **P**^{2}**GE** : consensu **PH** | spectaculis **P** : in spectaculis *ω* || 13 an] aut **H** | ludius **P**^{1}**P**^{3} : Lydius *Arnob.* : ludus *ω* | tibicen **G** *Arnob.* : tibicen* **P** : tibicen e **H** : tibi cernere **E**^{1} : tibi cerne **E**^{2} || 14 et matrimus *om. Arnob.* | tensam non tenuit *Ant. Augustinus* : terram non tenuit at (at **P**^{1}**E**^{1} : aut **P**^{2}**E**^{2}**H** : a **G**) tensam *ω* : terram tenere non potuit *Arnob.* | si lorum] sylorum **E** | amisit **E** || 15 aedilius **P**^{1} | simpuio **P**^{1} : simbulo **P**^{2} : simpulo **GE** : si muto **H** : simpuvio *Arnob.; cf. A. Brinkmann, ALL 15, 1908, 139–143* || 16 errata **P**^{2}**H** : erat **P**^{1} : rata **GE** | instauratione **PH** : -tionem **G** : -tio non **E**^{1} : -tione non **E**^{2} || 17 placabantur **E** | laetitia] solentia **E** | traducti sunt **H** || 17. 18 sed perempti *om.* **GE** || 18 civitati] aevitati **E** || 19 festis **P** : festi *ω* | dubitabimus **H** : dubitavimus **PE** : dubitamus **G** || 20 nuntiet] uinciet **H** || 21 quoque deeo **G** : deo quoque **E** | magnum **G** || 22 pollui **P**^{1}

fremituque peragrare. haec igitur vobis, haec populo Romano et scelerum 12
indicia ostendit et periculorum signa patefecit. nam quid ego de illis ludis
loquar quos in Palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris Magnae
conspectu Megalesibus fieri celebrarique voluerunt, qui sunt more institu-
tisque maxime casti, sollemnes, religiosi, quibus ludis primum ante po-
puli consessum senatui locum P. Africanus iterum consul ille maior dedit,
ut eos ludos haec lues impura polluerit? quo si qui liber aut spectandi aut
etiam religionis causa accesserat, manus adferebantur, quo matrona
nulla adiit propter vim consessumque servorum. ita ludos eos quorum re-
ligio tanta est, ut ex ultimis terris arcessita in hac urbe consederit, qui
uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso et adpe-
tita religio externa et Matris Magnae nomine suscepta declaretur — hos
ludos servi fecerunt, servi spectaverunt, tota denique hoc aedile ser-
vorum Megalesia fuerunt. pro di immortales! qui magis nobiscum loqui 25
possetis, si essetis vorsareminique nobiscum? ludos esse pollutos signi-
ficastis ac plane dicitis. quid magis inquinatum, deformatum, perversum,
conturbatum dici potest quam omne servitium permissu magistratus
liberatum in alteram scaenam immissum, alteri praepositum, ut alter con-
sessus potestati servorum obiceretur, alter servorum totus esset? si exa-
men apium ludis in scaenam caveam⟨ve⟩ venisset, haruspices acciendos
ex Etruria putaremus; videmus universi repente examina tanta servo-
rum immissa in populum Romanum saeptum atque inclusum et non com-
movemur? atque in apium fortasse examine nos ex Etruscorum scriptis
haruspices ut a servitio caveremus monerent. quod igitur ex aliquo 26
diiuncto diversoque monstro significatum caveremus, id cum ipsum sibi
monstrum est, et cum in eo ipso periculum est ex quo periculum porten-

2 nam ... 3 templum Matris Magnae fieri celebrarique voluerunt? quibus primum ludis ante populi consessum senatui locum P. Africanus II cos. *Ascon. p. 55, 21 St.* (*§§ 61–62 Cl.*)

1 haec eadem **E** | scelerum **P**^{2}**GE**^{2}**H** : scelerumsc **P**^{1} : scelera **E**^{1} || 3 ante] an **E** | in ipso *om. Ascon.* || 4 conspectu *om. Ascon.* | megalesibus **P**^{1}**H** : megalensibus **P**^{2}**GE** : *om. Ascon. Muretus* | qui ... 5 religiosi *om. Ascon.* | more] meae **G** | institutique **P**^{1} || 5 primum ludis *Ascon.* || 6 consessum **P**^{2}**E** : cessum **P**^{1} : concessum **H** : confessum **G** | P. *om.* **P** || 7 polluerit *Faernus* : pollueret *ω* | quod **H** || 9 adiit **H** : adit *ω* | consessumque **PG** : consesuque **H** : consensumque **E** || 10 accersita **H** || 10.11 qui uni (unius **E**) ludi ne verbo quidem *ω* : qui ludi ne uno quidem verbo **H** || 11 ipsos **E** || 12 nom̄esuscepta **E** || 13 servorum *om.* **E** || 14 pro di(i) **GH** : peridi **P** : per deos **E** || 17 permissum **H** || 18 liberatum **G** : liberatus **P**^{1}**EH** : libertum **P**^{2} : libera vi *Mdv.*^{2} *225* : libero aditu *Mdv.*^{3} *141, adn. 2* | consensus **E** || 19 potestatis **H** | servoruorum **P**^{1} | obicieretur **P** || 19.20 ex omnia pium **E** || 20 scaenam caveam⟨ve⟩ *Mo.* : caenam caveam **P**^{1} : sc(a)enam *ω* : caveam *A. Kl.* || 21 ethruria **H** || 22 r. p. **E** || 23 appium **P**^{1} | nos **H** : nosset **P**^{1} : nos et **P**^{2} : nossent **GE** | ethruscorum **H** || 24 ut **PH** : et **GE** || 25 disiuncto **GE** || 26 in *om.* **E** | pertenditur **GE**

ditur, non pertimescemus? istius modi Megalesia fecit pater tuus, istius modi patruus? is mihi etiam generis sui mentionem facit, cum Athenionis aut Spartaci exemplo ludos facere maluerit quam C. aut Appi Claudiorum? illi cum ludos facerent, servos de cavea exire iubebant; tu in alteram servos immisisti, ex altera liberos eiecisti. itaque qui antea voce praeconis a liberis semovebantur, tuis ludis non voce sed manu liberos a se segregabant.
13 ne hoc quidem tibi in mentem veniebat, Sibyllino sacerdoti, haec sacra maiores nostros ex vestris libris expetisse? si illi sunt vestri quos tu impia mente conquiris, violatis oculis legis, contaminatis manibus
27 adtrectas. hac igitur vate suadente quondam defessa Italia Punico bello atque ⟨ab⟩ Hannibale vexata sacra ista nostri maiores adscita ex Phrygia Romae conlocarunt. quae vir is accepit qui est optimus populi Romani iudicatus, P. Scipio, femina autem quae matronarum castissima putabatur, Quinta Claudia, cuius priscam illam severitatem [sacrificii] mirifice tua soror existimatur imitata. nihil te igitur neque maiores tui coniuncti cum his religionibus neque sacerdotium ipsum, quo est haec tota religio constituta, neque curulis aedilitas, quae maxime hanc tueri religionem solet, permovit quo minus castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, scelere obligares?

28 Sed quid ego id admiror? qui accepta pecunia Pessinuntem ipsum, sedem domiciliumque Matris deorum, vastaris et Brogitaro Gallograeco, impuro homini ac nefario, cuius legati te tribuno dividere in aede Castoris tuis operis nummos solebant, totum illum locum fanumque vendideris, sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque detraxeris, omnia illa quae vetustas, quae Persae, quae Syri, quae reges omnes qui Europam Asiamque tenuerunt semper summa religione coluerunt, perverteris, quae denique nostri maiores tam sancta duxerunt ut, cum refertam urbem atque Italiam fanorum haberemus, tamen nostri imperatores maximis et peri-

28—p. 103, 2 (nostri ... persolverent) *cf. Val. Max. 1, 1, 1* item Matri deum saepe numero imperatores nostri compotes victoriarum suscepta vota Pessinuntem profecti solverunt

1 pertimescemur **G** | istius^1 ... tuus *om.* **G** | istius^2 ... 2 is *om.* $\mathbf{P}^1$ ‖ 2 mentionem generis sui **GE** ‖ 3 spartaci **P** : spartagi $\mathbf{GE}^2\mathbf{H}$: partagi $\mathbf{E}^1$ | apii **H** ‖ 4 lulos **G** | iubeant $\mathbf{P}^1$ ‖ 5 immisistis **H** | vocem **E** ‖ 7 ne *ω* : nec *A. Kl.* | in mentem] imminentem **E** | sibyllino **G** : sibu- **PE** : sibi- **H** ‖ 8 libris $\mathbf{P}^2\mathbf{H}$: liberis $\mathbf{P}^1\mathbf{GE}$ ‖ 9 cūtaminatis **G** ‖ 10 hac *ex* ac $\mathbf{G}^2$ | uades uadente **E** ‖ 11 ab *add. edd.* | maiores nostri **H** | phrygia **P** : phri- **H** : phyrgia **GE** ‖ 12 conlocarunt **P** : collocaverunt *ω* ‖ 13 femina autem quae **PH** : femina haecque **E** : feminasque **G** ‖ 14 quincta $\mathbf{P}^1$ | sacrificii *ω Syd.*^{2} *168, qui rem ad Cael. 60 spectare censet* : *del. Ern.* | mirifice *ς* : mirifica *ω* : mirifica ⟨cura⟩ *Syd. ib.* ‖ 15 tua soror mirifica **H** | nihil] ni hoc **E** ‖ 16 iis **G** ‖ 17 curullis $\mathbf{P}^1$ ‖ 18 permovevit $\mathbf{P}^1$ ‖ 19 dedecore **GH** : decore **P** : dedecorares **E** ‖ 20 pessinuntem **H** : pessinu*ntem **P** : pessimūte **G** : possum montem **E** ‖ 21 vastari sed $\mathbf{P}^1$ ‖ 22 cuius ... 23 solebant *om.* **H** | legati te $\mathbf{P}^2$: legate $\mathbf{P}^1\mathbf{GE}$ ‖ 23 tui **E** | tetum **E** ‖ 25 syri **G** : su- **P** : securi **EH** | qui europam asiamque $\mathbf{P}^2\mathbf{H}$: qui europam asiam $\mathbf{P}^1$: qui asiam europamque **G** : quae asia europaque **E** ‖ 26 quo **H**

culosissimis bellis huic deae vota facerent eaque in ipso Pessinunte ad
illam ipsam principem aram et in illo loco fanoque persolverent. quod 29
cum Deiotarus religione sua castissime tueretur, quem unum habemus in
orbe terrarum fidelissimum huic imperio atque amantissimum nostri
nominis, Brogitaro, ut ante dixi, addictum pecunia tradidisti. atque
hunc tamen Deiotarum saepe a senatu regali nomine dignum existima-
tum, clarissimorum imperatorum testimoniis ornatum tu etiam regem
appellari cum Brogitaro iubes. sed alter est rex iudicio senatus per nos,
pecunia Brogitarus per te appellatus *** alterum putabo regem, si ha-
buerit unde tibi solvat quod ei per syngrapham credidisti. nam cum multa
regia sunt in Deiotaro, tum illa maxime quod tibi nummum nullum dedit,
quod eam partem legis tuae quae congruebat cum iudicio senatus, ut
ipse rex esset, non repudiavit, quod Pessinuntem per scelus a te violatum
et sacerdote sacrisque spoliatum recuperavit, ut in pristina religione ser-
varet, quod caerimonias ab omni vetustate acceptas a Brogitaro pollui
non sinit, mavoltque generum suum munere tuo quam illud fanum anti-
quitate religionis carere. sed ut ad haec haruspicum responsa redeam, ex
quibus est primum de ludis, quis est qui id non totum in istius ludos
praedictum et responsum esse fateatur?

Sequitur de locis sacris, religiosis. o impudentiam miram! de mea domo 14 30
dicere audes? committe vel consulibus vel senatui vel collegio pontificum
tuam. ac mea quidem his tribus omnibus iudiciis, ut dixi antea, liberata
est; at in iis aedibus quas tu Quinto Seio, equite Romano, viro optimo,
per te apertissime interfecto tenes, sacellum dico fuisse [aras]. tabulis
hoc censoriis, memoria multorum firmabo ac docebo. agatur modo haec
res, quod ex eo senatus consulto quod nuper est factum referri ad vos
necesse est, habeo quae de locis religiosis velim dicere. cum de domo tua 31
dixero, in qua tamen ita est inaedificatum sacellum ut alius fecerit, tibi
tantum modo sit demoliendum, tum videbo num mihi necesse sit de aliis

1 ea quae **E** | pessuntunte **E** || **2** persolverint **P** || **5** tradisti **G**^{1} || **8** brugitaro **G** | iudico **P**^{1} | per nos *om.* **GE** || **9** pecunia . . . putabo] *ut supra Bai.* : *sine lac.* ω : ⟨non⟩ pecunia [Brogitarus] per te appellatus; alterum putabo *vel* pecunia [Brogitarus] per te ⟨alter⟩ appellatus; quem (*vel* hunc) putabo *Gar.* : pecunia [Brogitarus] per te appellatus ⟨alter⟩. eum putabo *Jeep*^{3} *5* : [pecunia Brogitarus per te] appellatus. alterum putabo *Schuetz* | abrogitaturus **E** || **10** syngrapham **H** : sin- ω || **11** tum] tu **E** | ille **GE** | nummum *in lac. om.* **H** || **12** legis tu(a)e **PH** : regis tuae **G** : regis tui **E** || **13** per] ·p· **H** || **14** pristinas religiones **E** || **16** mavultque **E** | quam] quod **H** || **19** praedicatum *Court.*^{1} *97* || **20** religiosis o **PH** : religiosissimo **GE** || **21** audis **P**^{1} || **22** tuam **PH** : tum **GE** | iudicis **P**^{1} || **22.23** liberata est at ς : liberast ***at **P** : libera est at **H** : libertast at **G** : libertat **E** || **23** iis *edd.* : is ω : his **H** | quento **P**^{1} | seyo (e *in ras.*) **H** || **24** per te **PH** : aperte **GE** | tenes **PH** : tenesse **G** : te nosse **E** | aras (*inter posterius* a *et* s *litt.* st *sscr.***P**^{2}) ω : *del. Zie. 206* | tabulas **H** || **25** hoc **P**^{2}**GH** : ho **P**^{1} : huius **E** | censoriis *Bai.* : censoris **P**^{1}**GE** : censores **P**^{2}**H** | memoria **P**^{2}**E**^{2}**H** : memoriam **P**^{1}**GE**^{1} || **26** nuper est **H** : nuperst **P**^{2} : nupers **P**^{1} : nuper sit **GE** | vos ς : nos ω || **29** sit *ex* si **P**^{2} | num] bonum **G**

etiam aliquid dicere. putant enim ad me non nulli pertinere magmentarium Telluris aperire. nuper id patuisse dicunt, et ego recordor. nunc sanctissimam partem ac sedem maximae religionis privato dicunt vestibulo contineri. multa me movent: quod aedes Telluris est curationis meae, quod is qui illud magmentarium sustulit mea domo pontificum iudicio liberata secundum fratrem suum iudicatum esse dicebat; movet me etiam in hac caritate annonae, sterilitate agrorum, inopia frugum religio Tellu-
32 ris, et eo magis quod eodem ostento Telluri postilio deberi dicitur. vetera fortasse loquimur; quamquam hoc si minus civili iure perscriptum est, lege tamen naturae, communi iure gentium sanctum est ut nihil mortales
15 a dis immortalibus usu capere possint. verum tamen antiqua neglegimus; etiamne ea neglegemus quae fiunt cum maxime, quae videmus? L. Pisonem quis nescit his temporibus ipsis maximum et sanctissimum Dianae sacellum in Caeliculo sustulisse? adsunt vicini eius loci; multi sunt etiam in hoc ordine qui sacrificia gentilicia illo ipso in sacello stato loco anniversaria factitarint. et quaerimus di immortales quae loca desiderent, quid significent, de quo loquantur? a Sexto Serrano sanctissima sacella suffossa, inaedificata, oppressa, summa denique turpitudine foedata esse
33 nescimus? tu meam domum religiosam facere potuisti? qua mente? quam amiseras. qua manu? qua disturbaras. qua voce? qua incendi iusseras. qua lege? quam ne in illa quidem impunitate tua scripseras. quo pulvinari? quod stupraras. quo simulacro? quod ereptum ex meretricis sepulcro ⟨in⟩ imperatoris monumento conlocaras. quid habet mea domus religiosi nisi quod impuri et sacrilegi parietem tangit? itaque ne quis meorum imprudens introspicere tuam domum possit ac te sacra illa tua facientem videre, tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, sed tu ne aspicias urbem eam quam delere voluisti.

16
34 Sed iam haruspicum reliqua responsa videamus. ORATORES CONTRA IVS

1 putant *sqq.*] *cf. Court.*^{1} *98* | nonnulli ad me **H** | non nulli $\mathbf{P}^2$**H** : nulli $\mathbf{P}^1$: non nulla **G** : non nullam **E** | magmentarium *Mo.* : acmentarium *ω* : armamentarium *ς* : augmentarium *Latte 382, adn. 2* || 2 dicunt *om.* **E** || 3 privata **E** || 4 movebant **GE** | est **PH** : sese **G** : ese **E** || 5 his **G** | magmentarium *Mo.* : acmentarium *ω* : actamentarium **E** | mea domo *Mo.* : meam domum *ω* | ponticum **G** | iudicio **H***ς* : cum **GE** : *om.* **P** || 6 liberatam **H** | iudicatam *Grut.* | dicebant **E** | etiam et **E** || 7 sterelitate **G** || 8 postilio $\mathbf{P}^1$: postillo $\mathbf{P}^2$**GE** : postulatio **H** || 10 sancitum **H** | est *om.* **E** | ut *om.* $\mathbf{P}^1$ || 11 a $\mathbf{P}^2$**GH** : *om.* $\mathbf{P}^1$**E** | neglegimus **H***ς* : neglegemus **PG** : negli- **E** : neglegamus *ς Mue.* || 12 neglegemus *ex* -amus $\mathbf{P}^2$ | cum *ω* : *om.* **H** : ⟨nunc⟩ cum *Bai.*; *cf. Clu. 12* | maxima **GE** || 13 amaximum $\mathbf{P}^1$ || 15 stato $\mathbf{P}^1$**G** : statuto $\mathbf{P}^2$**EH** | anniversaria *Naug.* : anniversari $\mathbf{P}^1$**GH** : -ii $\mathbf{P}^2$**E** || 16 quaerimus **P** : quae primus **GE** : quid primum **H** | immortales (-is $\mathbf{P}^1$) *ω* : mortalis **G** | desiderent $\mathbf{P}^2$**E** : di- $\mathbf{P}^1$: dissiderent **G** : desiderant **H** || 17 quid] quod **G** || 18 summam $\mathbf{P}^1$ | esse fedata **H** || 19 qua $\mathbf{P}^1$: et qua *ω* || 20 miseras $\mathbf{P}^1$ | qua^1 *ex* quam $\mathbf{P}^2$ | incendii **G** || 21 quam] qua **H** | in $\mathbf{P}^2$**GH** : *om.* $\mathbf{P}^1$**E** | scripturas **E** || 22 meretrices $\mathbf{P}^1$ || 23 in *ς* || 25 possit tuam domum **H** | tua *ex* tu $\mathbf{P}^2$ || 26 altius] alius **E** : ⟨etiam⟩ altius *Sh.B. 268*

FASQVE INTERFECTOS. quid est hoc? de Alexandrinis esse video sermonem; quem ego non refuto. sic enim sentio, ius legatorum cum hominum praesidio munitum sit, tum etiam divino iure esse vallatum. sed quaero ab illo qui omnis indices tribunus e carcere in forum effudit, cuius arbitrio sicae nunc omnes atque omnia venena tractantur, qui cum Hermarcho Chio syngraphas fecit, ecquid sciat unum acerrimum adversarium Hermarchi, Theodosium, legatum ad senatum a civitate libera missum sica percussum, quod non minus quam de Alexandrinis indignum dis immortalibus esse visum certo scio. nec confero nunc in te unum omnia. spes 35
maior esset salutis, si praeter te nemo esset impurus; plures sunt; hoc et tu tibi confidis magis et nos prope iure diffidimus. quis Platorem ex Orestide, quae pars Macedoniae libera est, hominem in illis locis clarum ac nobilem, legatum Thessalonicam ad nostrum, ut se ipse appellavit, 'imperatorem' venisse nescit? quem ille propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincla coniecit et medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero foedissime et crudelissime venas incideret. secures suas cruentari scelere noluit; nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminavit ut id nulla re possit nisi ipsius supplicio expiari. quales hunc carnifices putamus habere, qui etiam medicis suis non ad salutem sed ad necem utatur?

Sed recitemus quid sequatur. FIDEM IVSQVE IVRANDVM NEGLECTVM. 17
hoc quid sit per se ipsum non facile interpretor, sed ex eo quod sequitur 36
suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio dici, quibus olim erepti essent nummi nisi a senatu praesidium postulassent. qua re autem de iis dici suspicer haec causa est, quod sic statuo, et illud in hac civitate esse maxime inlustre atque insigne periurium, et te ipsum tamen in [periurium] crimen ab iis quibuscum coniurasti non vocari.

Et video in haruspicum responsum haec esse subiuncta: SACRIFICIA 37
VETVSTA OCCVLTAQVE MINVS DILIGENTER FACTA POLLVTAQVE. haruspices

1 quod **E** | sermonem *om.* **E** || 3 tum **PGH** : tu **E**^{1} : tuum **E**^{2} | vallatum ς : velatum ω || 4 illis **GE** | indices **P** : iudices ω : audaces *Lb.* | tribunos **H** || 5 omnes nunc **H** | hermartho **GE** || 6 chyo **E** | syngraphas *edd.* : syngrafas **G** : singraphas ω | ecquid **P** : ecquis **H** : haec quid **GE** | hermachi **G** : hermarthi **E** || 7 teodosium **P** | sic **G** || 8 dis **P** : diis **GEH**^{2} : dii **H**^{1} || 9 certe **H** | non confero **G** : nec̄e fero **E** || 11 tibi] mihi **H** | platorem **P** : platonem ω || 12 quae] quo **E** || 13 ut *ex* et **P**^{2} | imperatorem] impunitum **E** || 15 vincla] unda **E** || 16 venias **E** | inciderit **H** || 17 securus **H** | populi *om.* **GE** || 19 putamus] puta m **E** || 21 quod sequitur ς *Lb.* || 22 sit *om.* **E** | sequitur] quaeritur **E** || 24 nummi nisi **PH** : numminis **G** : num minus hi **E** | autem **PH** : h· **G** : haec **E** | de *ex* di **G**^{2} | iis **P**^{2}**G** : is **P**^{1} : his **EH** || 25 statuto **H** | esset **E** || 26, 27 in [periurium] crimen *A. Kl.* : in periurium et te ipsum inprime (im- **G**) **PGE** (periurium . . . in- *unus archetypi versus perperam repetitus videtur*) : in periurium imprime **H** : in periuri crimen *Mdv.*^{2} *225* || 27 iis *edd.* : his ω || 28 subiecta **E** || 29 diligenter *om.* **E**

haec loquuntur an patrii penatesque di? multi enim sunt, credo, in quos
huius malefici suspicio cadat. quis praeter hunc unum? obscure dicitur
quae sacra polluta sint? quid planius, quid religiosius, quid gravius dici
potest? VETVSTA OCCVLTAQVE. nego ulla verba Lentulum, gravem ora-
torem ac disertum, saepius, cum te accusaret, usurpasse quam haec quae
nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur. et-
enim quod sacrificium tam vetustum est quam hoc quod a regibus aequale
huius urbis accepimus? quod autem tam occultum quam id quod non
solum curiosos oculos excludit sed etiam errantis, quo non modo impro-
bitas sed ne imprudentia quidem possit intrare? quod quidem sacrificium
nemo ante P. Clodium omni memoria violavit, nemo umquam adiit,
nemo neglexit, nemo vir aspicere non horruit, quod fit per virgines Vesta-
les, fit pro populo Romano, fit in ea domo quae est in imperio, fit incre-
dibili caerimonia, fit ei deae cuius ne nomen quidem viros scire fas est,
18 quam iste idcirco Bonam dicit quod in tanto sibi scelere ignoverit. non
ignovit, mihi crede, non; nisi forte tibi esse ignotum putas, quod te iudi-
ces emiserunt excussum et exhaustum, suo iudicio absolutum, omnium
condemnatum, aut quod oculos, ut opinio illius religionis est, non per-
38 didisti. quis enim ante te sacra illa vir sciens viderat, ut quisquam
poenam quae sequeretur id scelus scire posset? an tibi luminis obesset
caecitas plus quam libidinis? ne id quidem sentis, coniventes illos oculos
abavi tui magis optandos fuisse quam hos flagrantis sororis? tibi vero, si
diligenter attendes, intelleges hominum poenas deesse adhuc, non deo-
rum. homines te in re foedissima defenderunt, homines turpissimum no-
centissimumque laudarunt, homines prope confitentem iudicio liberave-
runt, hominibus iniuria tui stupri inlata in ipsos dolori non fuit, homines
tibi arma alii in me, alii post in illum invictum civem dederunt, homi-
39 num beneficia prorsus concedo tibi iam maiora non esse quaerenda. a dis
quidem immortalibus quae potest homini maior esse poena furore atque
dementia? nisi forte in tragoediis quos vulnere ac dolore corporis cruciari

9 (curiosos . . .) *cf. Lact.* (*CSEL 19*), *inst. 3, 20,* 2 curiosos oculos

1 loquuntur **H** : loquntur **P**^{2} : locuntur **GE** : loquantur **P**^{1} | sunt **H**ς : *om.* ω || 3 sint **PH** : sunt **GE** | quid gravius quid religiosius **H** || 4 vetusta **PG** : venusta **E** : vecta **H** | nego **H** : ego ω | nulla **E** || 5 desertum **P**^{1} || 6 ethruscis **H** || 7 vetum **H** || 8 accepimus **H** : accipimus ω | autem **PH** : h· **G** : enim **E** || 10 intrare] intrare quod idem possit intrare **E** || 11 nemo^1 *om.* **P**^{1} | ante] ·m· **H** | adit **P**^{1} || 12 aspicere non **PH** : aspicerent **G** : aspicere **E** | quid **P** || 14 ne] nec **E** || 15 quam] qua **H** | dicit esse **GE** || 16 forte *om.* **GE** | esse *om.* **H** | quod *ex* quo **P**^{2} | te *ex* tu **G**^{2} | iudices **PH** : vides **GE** || 17 omiserunt **H** | exaustum **PG** || 18 ut . . . est *om.* **H** | prodidisti **P**^{1} || 19 te *om.* **P** || 21 ne] nec **E** | coniventes ς : contuentes (-is **H**) ω || 22 fuisse] esse **E** | hos] os **G** | tibi **PH** : ti **G** : tu **E** || 24 notissimumque **G** || 25 prope *om.* **GE** | confitentem *om.* **H** || 26 iniuratui** **P** || 27 dedrunt **P**^{1} || 28 iam maiora *Ha.* : amaiora **P**^{1} : at maiora **P**^{2}**GH** : ac maiora **E** : maiora (?) *A. Kl.* || 29 maior* **P** || 30 tragoedis **P** | volnere **G** | cruciare **P**^{1}

et consumi vides, graviores deorum immortalium iras subire quam illos qui furentes inducuntur putas. non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, quamquam sunt acerbi, quam illa exsultatio Athamantis et quam senium matricidarum. tu cum furiales in contionibus voces mittis, cum domos civium evertis, cum lapidibus optimos viros foro pellis, cum ardentis faces in vicinorum tecta iactas, cum aedes sacras inflammas, cum servos concitas, cum sacra ludosque conturbas, cum uxorem sororemque non discernis, cum quod ineas cubile non sentis, tum baccharis, tum furis, tum das eas poenas quae solae sunt hominum sceleri a dis immortalibus constitutae. nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se, denique ipsum corpus tenuissima de causa saepe conficitur; deorum tela in impiorum mentibus figuntur. qua re miserior es cum in omnem fraudem raperis oculis quam si omnino oculos non haberes. 19

40 Sed quoniam de his omnibus quae haruspices commissa esse dicunt satis est dictum, videamus quid idem haruspices a dis iam immortalibus dicant moneri. monent NE PER OPTIMATIVM DISCORDIAM DISSENSIONEMQVE PATRIBVS PRINCIPIBVSQVE CAEDES PERICVLAQVE CREENTVR AVXILIOQVE DIVINITVS DEFICIANTVR, QVA RE AD VNIVS IMPERIVM RES REDEAT EXERCITVSQVE † APVLSVS DIMINVTIOQVE ACCEDAT †. haruspicum verba sunt haec omnia, nihil addo de meo. quis igitur hanc optimatium discordiam molitur? idem iste, nec ulla vi ingeni aut consili sui, sed quodam errore nostro; quem quidem ille, quod obscurus non erat, facile perspexit. hoc enim etiam turpius adflictatur res publica, quod ne ab eo quidem vexatur, ut tamquam fortis in pugna vir acceptis a forti adversario vulneribus adversis honeste cadere videatur. Ti. Gracchus convellit statum 41 civitatis, qua gravitate vir, qua eloquentia, qua dignitate! nihil ut a

12 deorum ... figuntur *versus ex Acci Athamante petitus videtur L. Havet Rev. de Philol. 21, 1897, 159* || 25 *sqq.* (Ti. Gracchus ...) *cf. Grillius, RL 598, 30 (p. 33, 15 Martin)*

1 vidis **P**^{1} || 2 qui *ex* quo **P**^{2} | furentes **P**^{1}**E** : -is **P**^{2}**GH** | illi* **P** | eiulatus *om.* **GE** | philoctetae **H** : fi- **PG** : filocietae **E** || 3 sunt **P** : sint ω | achamantis **E** || 4 senium] insania *Jeep*^{2} *10* | mittis] matris **E** || 8 inea **G** | bacharis **EH** || 9 furis **H**ς : fueris **P** : fureris **GE** || 11 sepe de causa **H** || 12 confitetur **E** | finguntur **P**^{1} | miserior es] misericors **E** || 13 haberes **H**ς : habueris ω || 14 com*missa **P** : omissa **H** : ominosa **G** : om̄inosa **E** || 15 a dis iam **P**^{2} : iam **P**^{1} : a diis **GEH** : iam a dis *Ha., fort. recte* || 16 optimatiū* **P** || 17 caedis **P**^{1} || 18 divinitus ς : diminuitis **P**^{1} : diminutis **P**^{2}**GE** : diminuti **H** : divini numinis *Koch 14; cf. Cat. 2, 29* | deficientur **GE** | unius imperium res redeat *Lb.; cf. § 54 p. 113, 24* : unum imperium pecuniae (provinciae ς) redeant ω *sed in* **P** *post* pecuniae *parva rasura et* pecuniae *ex* -a : unius imperium res cunctae redeant *Bus. 1359* || 19 apulsus **GE** : pulsus **P**^{2}**H** : *om.* **P**^{1} : ⟨in provinci⟩a pulsus *A. Kl.* | diminutioque ⟨imperi⟩ *A. Kl.* || 20 hanc *om.* **P** | opimatium **P** || 21 vi *om.* **P**^{1} || 22 erant **P** | perspexi **P**^{1} || 24 ut tanquam **GH** : ut tam|ut tamquam **P** : ut eam quam **E** | in pugna **PH** : impugna **G** : impugnat **E** || 25 honeste *Gryphius* : homines **P**^{1}**H** : et honestis **P**^{2}**GE** | cedere **H** | videtur **GE** | Ti. *edd.* : tib. **G** : tib* **P** : tiberius **EH** | grachus **P** : graccus **H** | convellit] cum vellet **E**

patris avique Africani praestabili insignique virtute, praeterquam quod a senatu desciverat, deflexisset. secutus est C. Gracchus, quo ingenio, qua eloquentia, quanta vi, quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa. ipse L. Saturninus ita fuit effrenatus et paene demens ut actor esset egregius et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus. nam quid ego de P. Sulpicio loquar? cuius tanta in dicendo gravitas, tanta iucunditas, tanta brevitas fuit ut posset vel ut prudentes errarent vel ut boni minus bene sentirent perficere dicendo. cum his conflictari et pro salute patriae cotidie dimicare erat omnino illis qui tum rem publicam gubernabant molestum; sed habebat ea molestia quandam
20 42 tamen dignitatem. hic vero de quo ego ipse tam multa nunc dico, pro di immortales! quid est, quid valet, quid adfert, ut tanta civitas, si cadet — quod di omen obruant! —, a viro tamen confecta videatur? qui post patris mortem primam illam aetatulam suam ad scurrarum locupletium libidines detulit, quorum intemperantia expleta in domesticis est germanitatis stupris volutatus; deinde iam robustus provinciae se ac rei militari dedit atque ibi piratarum contumelias perpessus etiam Cilicum libidines barbarorumque satiavit; post exercitu L. Luculli sollicitato per nefandum scelus fugit illim Romaeque recenti adventu suo cum propinquis suis decidit ne reos faceret, a Catilina pecuniam accepit ut turpissime praevaricaretur. inde cum Murena se in Galliam contulit, in qua provincia mortuorum testamenta conscripsit, pupillos necavit, nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflavit. unde ut rediit, quaestum illum maxime fecundum uberemque campestrem totum ad se ita redegit ut homo popularis fraudaret improbissime populum, idemque vir cle-

1 patribus GE | quod *om.* P^1 || 2 desciverat *edd.* : disciverat ω | defluxisset GE | c. P^{2}GH : *om.* P^{1}E | grachus P : graccus H || 3 qua eloquentia P^{2}GE : que loquenciam P^1 : *om.* H ς | bonus H || 5 L. *om.* P | affrenatus G | poene** P || 5.6 actor esset *Mdv.*^{2} *226* : auctor esset ω : auctores sed P^1 || 6 imperatorum P | excitandos inflammandosque P^{2}H : excitandos mandosque P^1 : excitandosque (e. qui E) inflammandosque GE || 7 P. *om.* P *cf. § 43 p. 109, 15* || 8 prudentis P || 10 conflictare GE || 11 publicam P^{2}H : *om.* P^{1}GE || 12 quo] qua G | tum E | pro di (dii G) PG : proh dii H : per deos E || 13 quid^1 *ex* quod P^2 | quid adfert *om.* E || 14 quod] qd *in ras.* P | omen PH : omni G : omnes E | a *om.* H | tamen tali H || 15 patres P^1 | illam *ex* amillam P^2 || 16 libidinis P | quorum P^{2}GE : uorum P^1 : horum H | expleta in PH : expletam GE | germanitatis EH : ger$\overset{a}{*}$mnitatis P : germinitatis G || 17 volutatus P^{2}H : voluntatis P^{1}GE | deinde *ex* deindeinde P^2 | se ac rei P^{2}EH : sacrei P^1 : ac rei G || 18 atque] eque E | paratarum G | perpessu P^1 | Cilicum] civium E || 19 libidinis P^1 | barbaroque E | post] ·p· E | l. P^{2}GH : vel E : *om.* P^1 | luculli* (s *eras.*) P | sollicitato P^{2}GH : sollicitatio E : sollicitus P^1 || 20 illim P^2 : illi P^1 : illum GE : illinc H || 21 reo P^1 | a *om.* P^1 || 23 necabit P^1 || 24 pacciones P^2 : paccionis P^1 | societates E^1 | conflavavit G | redit P^1 | quaesturam illam H || 25 fecundum *edd.* : secundum ω | ad se ita] adscita G | redigit P^1 || 26 fraudaret GE : frudaret PH | improbissimi P^1 | demens G

mens divisores omnium tribuum domi ipse suae crudelissima morte
mactaret. exorta est illa rei publicae, sacris, religionibus, auctoritati 43
vestrae, iudiciis publicis funesta quaestura, in qua idem iste deos homi-
nesque, pudorem, pudicitiam, senatus auctoritatem, ius, fas, leges,
iudicia violavit. atque hic ei gradus — o misera tempora stultasque no-
stras discordias! — P. Clodio gradus ad rem publicam hic primus ⟨fuit⟩
et aditus ad popularem iactationem atque ascensus. nam Ti. Graccho
invidia Numantini foederis, cui feriendo, quaestor C. Mancini consulis
cum esset, interfuerat, et in eo foedere improbando senatus severitas
dolori et timori fuit, eaque res illum fortem et clarum virum a gravitate
patrum desciscere coegit. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas,
dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis poenas exci-
tavit. Saturninum, quod in annonae caritate quaestorem a sua frumen-
taria procuratione senatus amovit eique rei M. Scaurum praefecit, scimus
dolore factum esse popularem. Sulpicium ab optima causa profectum
Gaioque Iulio consulatum contra leges petenti resistentem longius quam 21
voluit popularis aura provexit. fuit in his omnibus causa, etsi non iusta — 44
nulla enim potest cuiquam male de re publica merendi iusta esse causa —,
gravis tamen et cum aliquo animi [et] virilis dolore coniuncta. P. Clodius
a crocota, a mitra, a muliebribus soleis purpureisque fasceolis, a strophio,
a psalterio, ⟨a⟩ flagitio, a stupro est factus repente popularis. nisi eum mu-
lieres exornatum ita deprendissent, nisi ex eo loco quo eum adire fas non
fuerat ancillarum beneficio emissus esset, populari homine populus Ro-
manus, res publica cive tali careret. hanc ob amentiam in discordiis

1 divisorem somnium G | suae H ς : sua ω || 2 mactaret (ac *in ras.* G) GH : **mactaret P : iaceret E | rei p. P^2GH : re P^1 : p. r. E | auctoritati . . . 4 senatus *om.* E | auctoritati H ς : -e PG || 3 vestrae P^2H : vestra (a *in ras.*) P^1 : vestra et G || 4 ius] vir E | fas* P | leges H : -is ω || 5 adque P^1 | ei (i *in ras.*) P : est primus *Mat. 279* || 6 P. *om.* P^1 | publicam *om.* P^1 | primus H : primis P : primum GE || 6. 7 ⟨fuit⟩ et *Mdv.² 226* : est ω || 7 additus P^2 | iactationem PH : iactionem G : actionem E | Ti. *edd.* : tib* (i *eras.*) P : tib; G : tiberio H : tibi E | gracco G^1H || 8 numantini P^2GE : numan P^1 : numini H | foederis] oderis H | feriendi E | C. Mancini *edd.* : c. a. |mancini (c. a. *in ras.*) P : c. amancini (-tini E) ω || 9 esse E | et] ut E || 10 eaque *Gar. Bai.* : itaque ω : istaque H ς | res *om.* E | a *om.* P^1 || 11 descissere E | C. *om.* P^1 | autem PH : h· G : h· E | gracchum P^2G : graccum H : gracchus E : grac* P^1 || 12 magnitudo GE : magnitudine PH | sanguini G || 13 saturninum (satur *in ras.*) P | quid E | caritatem E || 14 amovet P^1 | rei* P | M. *om.* P^1 || 15 dolorem GE | sulpium E || 16 Gaioque Iulio *Man.* : gaioque totio P^1 : gaioque tutio P^2H : gaio tutioque GE || 17 his *om.* E | causa *om.* P || 18 nulla PH : nec GE | merendi ς : merendae P : merenti GH : meriti E || 19 tamen *om.* P^1 | et *del. Camerarius* | virilis G : -es P^1 : -i P^2E : viri H | coniunta G || 20 a crocota P : ac roma ω | a mitra PH : ornatus GE | a muliebribus P^2EH : ammuliebribus P^1 : a mulieribus G | sole*is P | fasceolis H ς : faceolis P : fasciis GE || 21 a psalterio *edd.* : a psaltrio H : ab saltrio PGE | a flagitio ς : flagitio PGE : flagio H | strupro P | repenti P^1

nostris, de quibus ipsis his prodigiis recentibus a dis immortalibus admonemur, arreptus est unus ex patriciis cui tribuno plebis fieri non liceret.
45 quod anno ante frater Metellus et concors etiam tum senatus principe Cn. Pompeio sententiam dicente excluserat acerrimeque una voce ac mente restiterat, id post discidium optimatium, de quo ipso nunc monemur, ita perturbatum itaque permutatum est ut, quod frater consul ne fieret obstiterat, quod adfinis et sodalis, clarissimus vir, qui illum reum non laudarat, excluserat, id is consul efficeret in discordiis principum qui illi unus inimicissimus esse debuerat, eo fecisse auctore se diceret cuius auctoritatis neminem posset paenitere. iniecta fax est foeda ac luctuosa rei publicae; petita est auctoritas vestra, gravitas amplissimorum ordinum, consensio bonorum omnium, totus denique civitatis status. haec enim certe petebantur, cum in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma illorum temporum coniciebatur. excepi et pro patria solus exarsi, sic tamen ut vos isdem ignibus circumsaepti me primum ictum pro vobis
22
46 et fumantem videretis. non sedabantur discordiae, sed etiam crescebat in eos odium a quibus nos defendi putabamur. ecce isdem auctoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, flagitantis vos, populum Romanum desiderantem non auctoritate sua solum sed etiam precibus ad meam salutem excitavit, restituti sumus. sit discordiarum finis aliquando, a diuturnis dissensionibus conquiescamus. non sinit eadem ista labes; eas habet contiones, ea miscet ac turbat ut ⟨modo his se⟩, modo vendat illis, nec tamen ita ut se quisquam, si ab isto laudatus sit, laudatiorem putet, sed ut eos quos non amant ab eodem gaudeant vituperari. atque ego hunc non miror — quid enim faciat aliud? —, illos homines sapientissimos gravissimosque miror, primum quod quemquam clarum hominem atque optime de re publica saepe meritum impurissimi voce hominis violari facile

1 hipsis **H**[1] | prodigis **P**[1] | a dis *ex* ad **P**[2] || 2 areptus **P**[1] | patriis **E** | non *del. Ern., sed cf. Wolf* || 3 senatus *ω* : senatu senatus **P** : senatus, senatus *Lb.* | principe ... 4 dicente *Man.* : principi (princi **P**[1]) ... dicenti *ω* || 5 dissidium optimatum **H** | nunc] hunc **E** || 6 itaque **PH** : ita **GE** || 7 fierat **G** | obstisterat **E**[1] | adfinis **P** : aff- **EH** : af- **G** | quin **H** || 8 etficeret **P**[1] | discordis **P**[1] || 9 eo] ego **E** || 10 posset] post** **P** | paeniteret **P** | fax est **PG** : est fax (fas **H**[1]) **EH**[2] | luctuosa **GH** : luxtuosa **E** : lutuosa **P** || 11 ordinum **PH** : hominum **GE** || 12 consentio **E**[1] || 14 excepi **P**[2]**GE**[2]**H** : excipi **P**[1]**E**[1] | pro *om.* **G**[1] || 15 isdem **PH** : hisdem **E** : idem ignem **G** || 16 videretis **P**[2]**H** : videritis **P**[1] : viderit **GE** | sedebantur **G** || 17 eos] consules **E** | nos *om.* **H** | defendi **EH** : defensi **PG** : ⟨non⟩ (*vel* non *pro* nos) defensi *Mdv.*[3] *141* | ecce] ea **E** | hisdem **E** || 18. 19 populum romanum desiderantem frangitantis vos **H** || 19 auctoritatem **E**[1] || 20 sit *ς* : si *ω* || 21. 22 eas habet **P** : ea fac̄ **H** : *om.* **GE** || 22 ac] ea **H** | modo his se *add. A. Kl.* : se modo his *Lb.* : modo se his *Bai.* || 23 ita *om.* **H** | ut se] ut** **P** | laudatiorem *ς* : laudatorem *ω* || 24 adque **P**[1] || 25 non] nunc **G** | quid ... 26 miror *om.* **H** | quid ... 27 publica *post § 50 p. 112, 16* illam *transp.* **GE** || 26 gravissimosque *om.* **P**[1] | miror *in ras.* **P**[2] | quod *om.* **G**[1] | clara **E** || 27 saepe **P** : est saepe **GE** (*recte animadvertit A. Kl. vocem* est *ex lineola natam esse qua aliquid omissum notatum esset. nam idem accidit § 50 p. 112, 16* illam est **G**) : *om.* **H** | homines **E**

patiuntur, deinde si existimant perditi hominis profligatique maledictis
posse, id quod minime conducit ipsis, cuiusquam gloriam dignitatemque
violari, postremo quod non sentiunt, id quod tamen mihi iam suspicari
videntur, illius furentis ac volaticos impetus in se ipsos posse converti.
atque ex hac nimia non nullorum alienatione a quibusdam haerent ea tela **47**
in re publica quae, quam diu haerebant in uno me, graviter equidem, sed
aliquanto levius ferebam. an iste nisi primo se dedisset iis quorum animos
a vestra auctoritate seiunctos esse arbitrabatur, nisi eos in caelum suis
laudibus praeclarus auctor extolleret, nisi exercitum ⟨C.⟩ Caesaris — in
quo fallebat, sed eum nemo redarguebat — nisi eum, inquam, exercitum
signis infestis in curiam se immissurum minitaretur, nisi se Cn. Pompeio
adiutore, M. Crasso auctore, quae faciebat facere clamaret, nisi consules
causam coniunxisse secum, in quo uno non mentiebatur, confirmaret,
tam crudelis mei, tam sceleratus rei publicae vexator esse potuisset?
idem postea quam respirare vos a metu caedis, emergere auctoritatem **23** 48
vestram e fluctibus illis servitutis, reviviscere memoriam ac desiderium
mei vidit, vobis se coepit subito fallacissime venditare. tum leges Iulias
contra auspicia latas et hic et in contionibus dicere, in quibus legibus
inerat curiata illa lex quae totum eius tribunatum continebat, quam cae-
cus amentia non videbat. producebat fortissimum virum, M. Bibulum;
quaerebat ex eo, C. Caesare leges ferente de caelo semperne servasset. sem-
per se ille servasse dicebat. augures interrogabat, quae ita lata essent,
rectene lata essent. illi vitio lata esse dicebant. ferebant in oculis hominem
quidam boni viri et de me optime meriti, sed illius, ut ego arbitror, furo-
ris ignari. longius processit: in ipsum Cn. Pompeium, auctorem, ut prae-
dicare est solitus, consiliorum suorum, invehi coepit; inibat gratiam a
non nullis. tum vero elatus spe posse se, quoniam togatum domestici **49**
belli exstinctorem nefario scelere foedasset, illum etiam, illum externo-
rum bellorum hostiumque victorem adfligere; tum est illa in templo
Castoris scelerata et paene deletrix huius imperi sica deprensa; tum ille

1 extimant **G** | perditis **H** | profliagatique **P**^{1} || **2** id] hic **E** | cuiquam **E** || **4** videnter **G**^{1} | converti **P**^{2}**H** : converte **P**^{1} : convertere **GE** || **5** ex] ec **H** | hanc **P**^{1} | alienatione a ς *Man.* : alienatione et **P**^{2}**H** : alienationeret **G** : alienatio∗neret **E** : aliena et **P**^{1} | haerent ea *Man.* : h(a)erentia (h *sscr. et* -ia∗ *in ras.* **P**^{2}) ω || **6** me uno **GE** || **7** dedisset **P**^{2}**GH** : dediset **P**^{1} : dedit **E** | iis **P**^{2}**G** : is **P**^{1} : his **H** : secus **E** || **8** a vestra] aurum **E** | arbitrabatur ς *Man.* : arbitrabamur ω || **9** c. ς | Caesaris … **10** exercitum *om.* **P**^{1} || **11** nisi se **GE** : nise **P**^{1} : nisi **P**^{2}**H** || **12** ·ṁ· **P** | auctore] adiutore **E** | faceret **H** | consules **H** : consultes **P**^{1} : consulis **P**^{2}**G** : consul **E** || **13** coniuncxisse **P** | metiebatur **G** || **15** a] ac **E** || **16** e **P** : et **GE** : a **H** | fletibus **E** | revivescere **P** || **17** tum] tu in **E** || **18** in^2 **P** : *om.* ω || **19** quam] quod *Ern. Mdv.*^{3} *142* | caecus] accus **G** || **20** producebam **P**^{1} | virum *bis* **E** || **21** semper servasset **P** || **22** lugures **H** || **23** hominum **GE** || **24** optime *ex* opti **P**^{2} | illius **P**^{2}**GE** : illi **H** : *om.* **P**^{1} || **25** pompei **P**^{1} || **26** sollicitus **P**^{1} | inibat *ex* inba **P**^{2} | a *om.* **E** || **27** elatus spe **PGE** : est ratus **H** : elatus ⟨est⟩ spe *Wolf* | posse se **P**^{2}**GE** : se posse **H** : posse **P**^{1} || **28** externorem **P**^{1} || **29** est *om.* **E** || **30** sica (sicca **H**) deprensa **PH** : sic adprehensa **GE**

cui nulla hostium diutius urbs umquam fuit clausa, qui omnis angustias, omnis altitudines moenium obiectas semper vi ac virtute perfregit, obsessus ipse est domi meque non nulla imperitorum vituperatione timiditatis meae consilio et facto suo liberavit. nam si Cn. Pompeio, viro uni omnium fortissimo quicumque nati sunt, miserum magis fuit quam turpe, quam diu ille tribunus plebis fuit, lucem non aspicere, carere publico, minas eius perferre, cum in contionibus diceret velle se in Carinis aedificare alteram porticum, quae Palatio responderet, certe mihi exire domo mea ad privatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem rei publicae gloriosum.

24 50 Videtis igitur hominem per se ipsum iam pridem adflictum ac iacentem perniciosis optimatium discordiis excitari, cuius initia furoris dissensionibus eorum qui tum a vobis seiuncti videbantur sustentata sunt. reliqua iam praecipitantis tribunatus etiam post tribunatum obtrectatores eorum atque adversarii defenderunt, ne a re publica rei publicae pestis removeretur restiterunt, etiam ne causam diceret, etiam ne privatus esset. etiamne in sinu atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt? quo tandem decepti munere? 'volo' inquiunt 'esse qui in contione detrahat de Pompeio.' detrahat ille vituperando? velim sic hoc vir summus atque optime de mea salute meritus accipiat ut a me dicitur; dicam quidem certe quod sentio. mihi me dius fidius tum de illius amplissima dignitate detrahere cum illum maxi-
51 mis laudibus ecferebat videbatur. utrum tandem C. Marius splendidior cum eum Gaius Glaucia laudabat, an cum eundem iratus postea vituperabat? an ille demens et iam pridem ad poenam exitiumque praeceps foedior aut inquinatior in Cn. Pompeio accusando quam in universo senatu vituperando fuit? quod quidem miror, cum alterum gratum sit iratis, alterum esse tam bonis civibus non acerbum. sed ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc eius contionem de qua loquor; in qua Pompeium ornat an potius deformat? certe laudat et unum esse in hac

1 omnis **PH** : emisunt **G** : emissas **E** || 2 altitudines **H** : -is ω | moenium obiectas *Bai.* : omnium obiecta **P** : omnium obiecta tela ω *Gesner* || 3 est ipse **E** | imperatorum **E** || 4 pompio **H** || 5 miserum **P**^{1}**GE** : miserrumum (-imum **H**) **P**^{2}**H** || 7 in contionibus (-cio- **H**) **PH** : mentionibus **GE** | aedi**ficare **P** || 8 quae] queque **E** | cer*te **P** | mihi *om.* **H** || 10 p*ridem **P** || 11 perniosis **P** | cui **E** | dissensionibus *ex* *dissionis **P**^{2} || 11.12 dissensionibus eorum] *cf. Lenaghan 178* || 12 a *om.* **P** || 14 atque eorum **E** | ne** **P** | a rei p. **H**^{1} || 15 ne^1 **P**^{2} : ne ne **P**^{1} : ne meam **GEH** || 16 sinu *Ang.* : senatu ω | adque **P**^{1} | in^2 *om.* **GE** | illam est **G** *vide supra § 46 p. 110, 27* est saepe || 19 vi|detuperando **E** | de mea salute optime **H** || 20 quidem *om.* **H** | quod ς : quid ω || 21 illum *om.* **P** || 22 ecferebat **P** : efferre **H** : et ferre **GE** | tandem *Ang.* : tamen ω | g. **H** | spendidior **P**^{1} || 23 glaucia **P** : glaucie **H** : claudia **GE** || 24 clemens **E** | preceps *ex* receps **P**^{2} || 25 aut inquinatior **P**^{2}**H** : aut inquanatior **P**^{1} : an inquinatior **E** : anquinatior **G** | quam in universo *om.* **P**^{1} || 27 esse tam **H**ς : esset am **P**^{1} : esset tam **P**^{2}**GE** | id] ad **E** || 29 laudat et] laudet **P** | esse *om.* **P**

civitate dignum huius imperi gloria dicit et significat se illi esse amicissimum et reconciliationem esse gratiae factam. quod ego quamquam quid 52 sit nescio, tamen hoc statuo, hunc, si amicus esset Pompeio, laudaturum illum non fuisse. quid enim, si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? videant ii qui illum Pompeio inimicum esse gaudebant ob eamque causam in tot tantisque sceleribus conivebant et non numquam eius indomitos atque ecfrenatos furores plausu etiam suo prosequebantur, quam se cito inverterit. nunc enim iam laudat illum, in eos invehitur quibus se antea venditabat. quid existimatis eum, si reditus ei gratiae patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiae inrepat?

Quas ego alias optimatium discordias a dis immortalibus definiri pu- **25** 53 tem? nam hoc quidem verbo neque P. Clodius neque quisquam de gregalibus eius aut de consiliariis designatur. habent Etrusci libri certa nomina quae in id genus civium cadere possint: DETERIORES, REPVLSOS, quod iam audietis, hos appellant quorum et mentes et res sunt perditae longeque a communi salute diiunctae. qua re cum di immortales monent de optimatium discordia, de clarissimorum et optime meritorum civium dissensione praedicunt; cum principibus periculum caedemque portendunt, in tuto conlocant Clodium, qui tantum abest a principibus quantum a puris, quantum ab religiosis. vobis, o clarissimi atque optimi 54 cives, et vestrae saluti consulendum et prospiciendum vident. caedes principum ostenditur; id quod interitum optimatium sequi necesse est adiungitur; ne in unius imperium res reccidat admonemur. ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaque raperemur. neque enim ullus alius discordiarum solet esse exitus inter claros ⟨et⟩ potentis viros nisi aut universus interitus aut victoris dominatus ac regnum. dissensit cum Mario, clarissimo cive, consul nobilissimus et fortissimus, L. Sulla; horum uterque ita cecidit victus ut victor idem regnaverit. cum Octavio collega Cinna dissedit; utrique ho-

1 civitate] dignitate **P** | dignum *om.* **E** | gloria *om.* **H** | se] si **E** | illi• (s *eras.*) **P** | amicissimum esse **H** ‖ **2** gratiae esse **GE** | quid] quis **H** ‖ **3** esset] esse **E** ‖ **4** eius *ex* ius **P**^{2} ‖ **5** ii **P** : hi *ω* ‖ **6** gaudeant **P** | tantique **G**^{1} ‖ **7** conivebant *ς* : contuebant *ω* | ecfrenatos **P**^{2} : eff- **GEH** : ef- **P**^{1} ‖ **9** invehitur **P**^{2}**EH** : inveitur **P**^{1} : videbitur **G** | existimastis **P**^{1} ‖ **10** patuerit . . . **11** gratiae *om.* **E** ‖ **11** inrepat *ς Ang.* : increpat **PH** : increpatur **GE** ‖ **12** optimatum **G** | diffiniri **E** ‖ **14** aut *om.* **P**^{1} | consilariis **P**^{1} | ethrusci **H** | nomina certa **E** ‖ **15** deteriore **GE** ‖ **16** appellat **P**^{1} | sunt res **GE** ‖ **17** communis **P**^{1} | diiunctae **P**^{2}**H** : deiunctae **P**^{1} : disiunctae **GE** ‖ **20** toto **G** | a principibus] a principibus quantum abest a principibus **P**^{1} ‖ **21** puris **H***ς* : pueris **PG** : peritis **E** | ab] a **H** | clarissimi **E** : carissimi *ω* ‖ **22** vestrae] universe **G** | propiciendum **P**^{1} ‖ **23** principium **H**^{1} | id . . . necesse est *om.* **H** ‖ **24** adiungitur etiam **H** | reccidat **P** *cf. Zie. 179* : recidat *ω* ‖ **25** si *ex* se **P**^{2} | coniucturaque **G**^{1} ‖ **27** et *add. ed. R.* : ac *Bai.; cf. prov. cons. 39* ‖ **28** dominatus **P**^{2}**EH** : domitus **P** : diminatus **G** | ac *Mdv.*^{3} *142, adn.* : aut *ω* : et *Lehmann 568* ‖ **29** sulla **PG** : sy- **H** : si- **E** | ut *ex* et **P**^{2} ‖ **30** utrique **P**^{1}**GE** : utrisque **P**^{2}**H**

rum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. idem iterum Sulla superavit; tum sine dubio habuit regalem potestatem, quamquam
55 rem publicam reciperarat. inest hoc tempore haud obscurum odium, atque id insitum penitus et inustum, animis hominum amplissimorum; dissident principes, captatur occasio. qui non tantum opibus valent nescio quam fortunam tamen ac tempus exspectant; qui sine controversia plus possunt, ei fortasse non numquam consilia ac sententias inimicorum suorum extimescunt. tollatur haec e civitate discordia: iam omnes isti qui portenduntur metus exstinguentur, iam ista serpens, quae tum hic delitiscit, tum se emergit et fertur illuc, compressa atque inlisa morietur.

26 Monent enim eidem NE OCCVLTIS CONSILIIS RES PVBLICA LAEDATVR. quae sunt occultiora quam eius qui in contione ausus est dicere iustitium edici oportere, iuris dictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli? nisi forte existimatis hanc tantam conluvionem illi tantamque eversionem civitatis in mentem subito in rostris cogitanti venire potuisse. est quidem ille plenus vini, stupri, somni plenusque inconsideratissimae ac dementissimae temeritatis; verum tamen nocturnis vigiliis, etiam coitione hominum iustitium illud concoctum atque meditatum est. mementote, patres conscripti, verbo illo nefario temptatas aures nostras et perniciosam viam audiendi consuetudine esse munitam.

56 Sequitur illud: NE DETERIORIBVS REPVLSISQVE HONOS AVGEATVR. repulsos videamus, nam deteriores qui sint, post docebo. sed tamen in eum cadere hoc verbum maxime, qui sit unus omnium mortalium sine ulla dubitatione deterrimus, concedendum est. qui sunt igitur repulsi? non, ut opinor, ii qui aliquando honorem vitio civitatis, non suo, non sunt adsecuti; nam id quidem multis saepe optimis civibus atque honestissimis viris accidit. repulsi sunt ii quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissime largientis non solum alieni sed etiam sui, vicini, tribules, urbani, rustici reppulerunt. hi ne honore augeantur monent. debet esse gratum quod praedicunt, sed tamen huic malo populus Romanus ipse nullo haruspicum admonitu sua

2 sulla PG : sy- H : si- E | tum ς : tamen ω || 3 recuperarat PE : recuperant G : recuperavit H | inest] in E | haud P^{2} : haut G : aud P^{1} : aut H : enim aut E | odium *om.* H || 4 iniustum E | inustum, animis *interpunxit Court.*^{3} *300* | hominum animis GE || 6 expectent GE || 7 possent G^{1} | ei P : et EH : e G || 8 haec *om.* H | civitatem P^{1} || 9 extinguitur G^{1} : -guuntur G^{2} : -guntur E | quae] que P | delitiscit P^{2}GE^{2} : delitescit H : delitiscite E^{1} : delitis P^{1} || 10 tum se *om.* P^{1} | illisa P^{2}G : illis P^{1}E : illic H || 12 con*tione P || 13 edici PH : dedici GE || 14 tantumque G || 15 in^{1}] im P | cogitanti P : ei cogitanti GE : nec cogitanti H | potuisset P^{1} || 16 inconsideratissime H : inconsiderantissimae ω || 17 coitione PG : cottione H : contione E || 19 pernitio*sam P || 20 viam GEH : vivam P^{1} : vitam P^{2} || 21 deteriobus G || 22 tamen] tam G || 23 unus *om.* H || 24 sint GE || 25 opinor ii PG : opinor hi H : opinioni E || 26 atque] at P || 27 ii PG : hii H : hi E || 28 numera P || 29 repulerunt GE || 30 hi ne PH : ii ne G : sine E | monent GE : nomet P : monemur Hς | debent G | praedicant H || 31 malo *om.* P^{1} | populo r. P^{1} | monitu E^{1}

sponte prospexit. deteriores cavete; quorum quidem est magna natio, 57
sed tamen eorum omnium hic dux est atque princeps. etenim si unum
hominem deterrimum poeta praestanti aliquis ingenio fictis conquisitisque vitiis deformatum vellet inducere, nullum profecto dedecus repe-
rire posset quod in hoc non inesset, multaque in eo penitus defixa atque
haerentia praeteriret.

Parentibus et dis immortalibus et patriae nos primum natura conci- 27
liat; eodem enim tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu
augemur et certam in sedem civitatis ac libertatis adscribimur. iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit,
deorum ignis, solia, mensas, abditos ac penetrales focos, occulta et maribus non invisa solum sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere pervertit, idemque earum templum inflammavit dearum quarum ope etiam
aliis incendiis subvenitur. quid de patria loquar? qui primum eum civem 58
vi, ferro, periculis urbe, omnibus patriae praesidiis depulit quem vos patriae conservatorem esse saepissime iudicaritis, deinde everso senatus, ut ego semper dixi, comite, duce, ut ille dicebat, senatum ipsum, principem salutis mentisque publicae, vi, caede incendiisque pervertit, sustulit duas leges, Aeliam et Fufiam, maxime rei publicae salutares, censuram exstinxit, intercessionem removit, auspicia delevit, consules sceleris sui socios aerario, provinciis, exercitu armavit, reges qui erant vendidit, qui non erant appellavit, Cn. Pompeium ferro domum compulit, imperatorum monumenta evertit, inimicorum domus disturbavit, vestris monumentis suum nomen inscripsit. infinita sunt scelera quae ab illo in patriam sunt edita. quid? quae in singulos cives quos necavit, socios quos diri-
puit, imperatores quos prodidit, exercitus quos temptavit? quid vero? 59
ea quanta sunt quae in ipsum se scelera, quae in suos edidit! quis minus umquam pepercit hostium castris quam ille omnibus corporis sui partibus? quae navis umquam in flumine publico tam vulgata omnibus quam istius aetas fuit? quis umquam nepos tam libere est cum scortis quam hic cum sororibus volutatus? quam denique tam immanem Charybdim poe-

3 aliquid **P**[1] || 3, 4 conquisitisque vitiis] conquisitis **P** : vitiis conquisitis *Bai.* || 4 vellet] solet **E** | repperire **EH** || 5 non inesset in hoc **GE** || 7 conciliat **PG** : concilia **E** : conciliciat **H** || 8 eidem **GE**[1] | enim *bis* **G** | suscipimus **G** || 9 adscribimur (ascr- **P**[2] : asscr- **EH**) **GP**[2]**EH** : adscribemur **P**[1] || 10 sacram **E** | fonteiano nomine **PH** : fonteiam nomen omne **GE** || 11 solia] soli ac **E**[2] | menses **P** | penetrabiles **E** || 14 loquor **E** || 15 ferro *ex* foro **G**[2] | urbem **E** || 16 iudicaritis **PG** : iudicaveritis **E** : iudicaretis **H** | senatus ς : senatu ω || 17 ut ille] utilem **E** | ipsum *bis* **P**[1] || 18 vi caede] vitae de **E** || 19 heliam **E** | salutares (es *in ras.*) **P** | censuram **P**[2]**H** : censu **P**[1] : *om.* **GE** || 20 consul **E** || 22 ferro **GEH** : ferre **P**[1] : fe*re **P**[2] || 23 domus **P** : domos ω | monumentis] nimentis **G** || 24 nomen suum **H** | **inscripsit (in *in ras.*) **P** | patria **H** || 25 quid quae **P** : quidque **GE** : queque **H** || 30 nepos tam] neposta **E** | liber esse **G** || 31 volutatus **GEH** : volatus **P**[1] : violatus **P**[2] | tam *bis* **P**[1] | Charybdim *edd.* : chari- **P** : carybdim **G** : cari- **HE**[3] : charrb dim **E**[1]

tae fingendo exprimere potuerunt, quae tantos exhaurire gurgites possit quantas iste Byzantiorum Brogitarorumque praedas exsorbuit, aut tam eminentibus canibus Scyllam tamque ieiunis quam quibus istum videtis, Gelliis, Cloeliis, Titiis, rostra ipsa mandentem?

60 Qua re, id quod extremum est in haruspicum responso, providete NE REI PVBLICAE STATVS COMMVTETVR; etenim vix haec, si undique fulciamus iam labefacta, vix, inquam, nixa in omnium nostrum umeris cohaerebunt.
28 fuit quondam ita firma haec civitas et valens ut neglegentiam senatus vel etiam iniurias civium ferre posset. iam non potest. aerarium nullum est, vectigalibus non fruuntur qui redemerunt, auctoritas principum cecidit, consensus ordinum est divolsus, iudicia perierunt, suffragia descripta tenentur a paucis, bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus iam non erit, civem qui se pro patriae salute opponat invidiae
61 frustra posthac requiretis. qua re hunc statum qui nunc est, qualiscumque est, nulla alia re nisi concordia retinere possumus; nam ut meliore simus loco ne optandum quidem est illo impunito; deteriore autem statu ut simus, unus est inferior gradus aut interitus aut servitutis; quo ne trudamur di immortales nos admonent, quoniam iam pridem humana consilia ceciderunt.

Atque ego hanc orationem, patres conscripti, tam tristem, tam gravem non suscepissem, non quin hanc personam et has partis honoribus populi Romani, vestris plurimis ornamentis mihi tributis deberem et possem sustinere, sed tamen facile tacentibus ceteris reticuissem. sed haec oratio omnis fuit non auctoritatis meae, sed publicae religionis. mea fuerunt verba fortasse plura, sententiae quidem omnes haruspicum, ad quos aut referri nuntiata ostenta non convenit aut eorum responsis com-
62 moveri necesse est. quod si cetera magis pervulgata nos saepe et leviora moverunt, vox ipsa deorum immortalium non mentes omnium permovebit? nolite enim id putare accidere posse quod in fabulis saepe videtis fieri, ut deus aliqui delapsus de caelo coetus hominum adeat, versetur in

1 possit **GEH** : *om.* **P** : posset ς ‖ 2 quantam **E** | byzantiorum **G** : bi- ω | Brogitarorumque *edd.* : brogitatorumque (b *in ras.* **P**) **PH** : largitanorumque **GE** ‖ 3 scillam **EH** | ieiuniis **E** | iustum **E** ‖ 4 gelliis **G** : gellis **PH** : galliis **E** | cloeliis **PGH** : clodiis **E** | titiis **PG** : ticiis **H** : titus **E** | mandantem **H** ‖ 5 quod **GH**ς : cum **P** : *om.* **E** | responso ς *Bai.* : -u **P** : -um **GE** : -is **H**ς ‖ 7 lambefacta **P** | umeris **P**^{2} : humeris **GEH** : *om.* **P**^{1} ‖ 8 quodam **P**^{1} ‖ 9 civium *om.* **P**^{1} ‖ 10 vectigalbus **P**^{1} ‖ 11 consensum **P**^{1} | discripta *in ras.* **P** ‖ 12 nutum] nudum **E** ‖ 13 civis **E** | invidiam **E** ‖ 15 nulla est **P**^{1} | meliores **G** ‖ 16 autem **PH** : h· **G** : enim **E** ‖ 16, 17 ut statu ut **H** ‖ 18 di **P**^{2} : dii **GEH** : de **P**^{1} | nos *om.* **G** | humana *ex* uma **P**^{2} ‖ 20 atque **P**^{2}**H** : adque **P**^{1} : at **GE** | tam^{1} *om.* **E** ‖ 21 quin] inquam nisi **H** ‖ 24 mea **P**^{2}**E** : meae **P**^{1}**GH** ‖ 25 omnes **E** : -is **P**^{1}**GH** : ominis **P**^{2} ‖ 26 aut referri] aureferri **G** ‖ 27 cetera **P**^{2}**H** : cera **P**^{1} : scelera **GE** ‖ 28 noverunt **G** | permovebitur **G** ‖ 29 saepe *om.* **H** | videtis **H** ‖ 30 aliquis **E** | lapsus **H** | de **P** : e ω

terris, cum hominibus conloquatur. cogitate genus sonitus eius quem Latinienses nuntiarunt, recordamini illud etiam quod nondum est relatum, quod eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiae nuntiatur terrae motus horribilis cum quibusdam †multis† metuendisque rebus. haec eadem profecto quae prospicimus impendentia pertimescetis. **63** etenim haec deorum immortalium vox, haec paene oratio iudicanda est, cum ipse mundus, cum agri atque terrae motu quodam novo contremescunt et inusitato aliquid sono incredibilique praedicunt. in quo constituendae nobis quidem sunt procurationes et obsecratio, quem ad modum monemur. sed faciles sunt preces apud eos qui ultro nobis viam salutis ostendunt; nostrae nobis sunt inter nos irae discordiaeque placandae.

1 conloquatur **P** : coll- **GE** : collocatur **H** | genitus **G**[1] || **2** etiam illud **E** || **3** factus *edd.* : factum *ω* || **4** terre *ex* ter **P**[2] | horbilis **P**[1] | quibusdam multis metuendisque rebus (rebus *om.* **P**[1]) *ω Koch 14, cui haec verba in formulam in rebus sacris usitatam abiisse videntur, cl. Ov., Met. 15, 24* multa ac metuenda minatur : multis quibusdam metuendisque rebus *Bus. 1360, fort. recte* : quibusdam monstris metuendisque rebus *Mue.* : quibusdam ⟨monstris⟩ mutis metuendisque *Mdv.*[3] *142* : quibusdam involutis metuendisque rebus *Walter*[2] *5* || **5** prospicimus **P** : prospiciamus **GH** : proitiamus **E** | impudentia **H** || **6** poene **P** || **7** cum[1]] cumque **E** | agri (*in ras.* **P**) **PGH** : agris **E** : aer *Gar.* : maria *Jeep*[2] *11* | ⟨tecta⟩ terrae *Syd.*[2] *171* | contremiscunt **EH** || **8** inu*sitato (s *eras.*) **P** | sono aliquid **GE** || **9** sunt quidem **H** || **10** preces *ex* precessa (*prius* e *in ras.*) **P**[2]

Subscr. M. TVLLI CICERONIS DE HARVSPICVM RESPONSIS EXPLICIT **P** : EXPL(icit) DE RESPONSIS ARVSPICV(m) **H** : *om.* **GE**

INDEX NOMINVM